

prout multiplicatur à luce, quæ est in fonte, & illuminat medium. Ex quibus patet, quod lux habet esse reale, sed lumen habet esse intentionale. Quæcumque, ergo habent esse reale, quia eorum esse dependet ex suis subiectis, non possunt esse eiusdem speciei, nec propriè eiusdem generis in supercœlestibus, & in ipsis inferioribus. cum illa sint incorruptibilia, hæc autem corruptibilia, sed de his, quæ habent esse intentionale, quia non propriè collocantur in specie, vel in genere per sua subiecta, sed per sua principalia, quantuncunque sint in diversis subiectis, si deriuata sint ab eodem principio, possunt per reductionem pertinere ad eandem speciem. Lumen ergo cœlestæ, ut lumen solare, quia deriuatum est ab eodem principio, quantuncunque sit receptum in diversis subiectis, potest per educationem pertinere ad eandem speciem, dicimus, autem per reductionem, quia intentionalia directè, & per se non sunt in specie, vel in genere, sed per reductionem: & quod dictum est de lumine deriuato à Sole: veritatem habet de lumine deriuato ab illa luce primo producta. Quicquid ergo sit de lumine, lux tamen illa primo producta, quia erat in corpore cœlesti, & incorruptibili, nullo modo erat eiusdem speciei, nec propriè eiusdem generis cum ista luce inferiori, quæ est elementalis.

Ad tertium dicendum, quod nec lux cœlestis est eiusdem speciei, nec propriè eiusdem generis cum ista luce elementali: nec etiam lumen illud, & istud pertinent ad eandem speciem.

Ad formam vero arguendi, quod habent eundem actum, & eodem modo immutant visum, patuit in principali questione, quod non nam illud facit lux solaris, vel eius lumen, quod non faceret lux, vel lumen igneum, quantuncunque multiplicatum: Vel possumus dicere, quod non est simile de hac luce, & illa: vel de lumine hoc, & illo in se, & per comparationem ad actum videndi, quia actus videndi habet unitatem ex potentia passiva. Constat autem, quod una, & eadem potentia potest fieri in diversa obiecta genere, ut non solum in obiecto est per se visibilis color, qui est qualitas, sed etiam magnitudo, quæ est quantitas. Propter quod ex unitate actuum eiusdem potentiae non possumus indicare unitem obiectorum secundum se, nisi forte, ut referuntur ad

illam potentiam, ad
quæ non semper
comparan-
tur
unitate genetis, sed per
quandam Ana-
logiam.

*An lumen, quod videmus, de me-
dij pontetia educatur.
Conclusio est negativa.*

Aegidius in tractatione de intentionibus in medio Aegi,
Quol. 5. q. 10. Et 2. p. Hexam. cap. 12. D. Thom. 1. p.
q. 67. art. 3. D. Bon. d. 12. art. 3. q. 1. Ric. d. 13. q. 5. Bacc.
d. 13. art. 1. 2. 4. Tho. Arg. d. 13. q. 1. artic. 1. Dur. d. 13.
q. 3. Sonec. 7. Met. q. 2.



E C Y N D O queritur de luce illa, prout comparatur ad medium, & erit quæstio: Vtrum iluminando medium educatur lumen de potentia medij.

Et videretur, quod sic, quia quidquid sit in aliqua materia, educitur de potentia illius materiæ: ergo si lumen sit in medio tangere in propria materia, oportet, quod educatur de potentia medij.

Præterea lumen est actus lucidi, id est dyaphani, ut patet ex 2. de anima, ubi vult Philosophus quod lumen est quasi quidam color dyaphani. est ergo forma, & perfectio eiusdem: sed forma educitur de potentia materia, cuius est forma: ergo &c. T. 6. 49.

Præterea videntur aliqui velle, quod lumen fiat ex sola multiplicatione lucis. ut à luce, quæ est in corpore lucido, multiplicatur lumen in medio, siue in corpore dyaphano, sed

C hoc videretur impossibile, quia secundum Hungonem de sacramenti: lib. 1. parte. 6. cap. viii, Create, & adnihilare, & multiplicare sunt solius Dei. Solus ergo Deus hoc facere posset, multiplicare lumen a corpore lucido, non autem ipsum corpus lucidum, si ergo ipsum corpus lucidum, ut videmus ad sensum, facit lumen suum in medio; hoc non erit per multiplicationem, sed per educationem: educet ergo ipsum de potentia medij, sicut educuntur aliae formæ de potentia materiæ, siue substantiales, siue accidentiales.

I N C O N T R A R I V M est: quia, ut patet ex questione præcedenti, lumen in medio habet esse intentionale, sed quæ habent tale esse non educuntur de potentia sui subiecti: er-

D go &c.

R E S O L V T I O.

Lumen, quod videmus, de potentia medij educi non est dicendum, cum intentionalia ex materiæ potentia non educantur, sicut de sui subiecti potentia. Id quod immutabilitatis, carensie contrarietas, carensieque successionis ratio ne affirmatur.

R E S P O N D E O dicendum, quod quadruplici via possumus declarare, quod intentionalia non

Creatio,
Multiplica-
tio, & Adnit-
hilare for-
sus Dei.

non educuntur de potentia materiae, sive de potentia sui subiecti, ut prima via sumatur ex intransmutabilitate, quia recipiuntur sine transmutatione reali. Secunda sumatur ex immaterialitate, quia, quæ sic recipiuntur videntur recipi velut formæ sine materia. Tertia ex carentia contrarietatis, quia quæ sic recipiuntur non habent contrarietatem ad inuicem. Quarta sumatur ex carentia successionis & temporis, quia talia possunt fieri in instanti, & sine tempore.

Prima via sic patet. Nam ex ipsa intransmutabilitate, quia non oportet quod immutata intentioniter transmutentur realiter; videmus enim quod ipsa corpora super cœlestia quæ non recipiunt peregrinas impressiones, & quæ sunt alterantia inalterata: propter quod realiter immutari non possunt immutantur. tamen intentioniter, quia lumen solis peruenit usque ad nos, propter quod oportet quod se diffundat, per omnia corpora intermedia inter nos, solem, quia secundum communem opinionem Astronomi tres Sphæræ cœlestes sunt intermedii inter nos, & solem. Cum ergo ex potentia materiae cœli nulla forma possit educi, quia tunc cœlum esset alterans alteratum: cogimur ponere quod ista intentionalia, quorum multiplicationem videamus in ipsis cœlestibus, non educantur de potentia materiae.

Rursus lumen solare non solum diffundit se per corpora cœlestia infra solem, sed etiam per corpora cœlestia supra solem, quia omnes stellæ habent claritatem a sole. cum ergo lumen solis quod habet esse intentionale se diffundat per omnia corpora cœlestia, quæ videmus, de quorum materiae potentia nihil potest educi: aperte concluditur quod lumen non educatur de potentia medijs, sive de potentia eius, in quo recipitur, sed ad solam presentiam corporis lucidi, & secundum dispositionem medijs. Dicimus autem secundum virtutem corporis lucidi, quia posset ita esse debilis virtutis, ut non posset illuminare medium: ut faceret esse visibilia, quæ sunt circa ipsum, sed forte faceret solum seipsum visibile, quia valde modica virtus requiritur, ut aliquod faciat seipsum visibile. Nam aliquæ squamæ piscium, & quercus putrida, & noctiluca, & aliqua alia seipsa faciunt visibilita in obscuro, propter aliquam participationem luminis, quam habent: sed non oportet, quod omnia talia sufficienter illuminent medium, vel, quod faciant esse sufficienter visibilia, quæ sunt circa ipsa. Diximus etiam secundum dispositionem medijs, quia forte medium esset ita dispositum, quod non posset suscipere lumen a corpore lucido, etiam quantumcunque virtuoso, iuxta illud Boetij: Nubibus atriis condita nullum fundere possunt sidera lumen.

Secunda via ad hoc idem sumi potest, ex ipsa immaterialitate, quia hoc est commune omnibus intentionibus, ut dicatur recipi in aliquo sicut formæ sine materia. Et ideo: quia omnes sensus immutantur intentionaleriter, dicit Philosophus

A in 2. de anima, hoc esse commune omni sensu, quod sit susceptiuus specierum sine materia. Intentiones ego dicuntur recipi sine materia, quia non educuntur de potentia materiae, si enim educerentur de huiusmodi potentia, non dicerentur recipi sine materia. imaginabimur, n. quod ita sunt istæ intentiones in medio, quæ sunt similitudines eorum, a quibus multiplicantur, sicut sunt imagines in speculo. Ipsa enim imago non est ipsa facies, sed est similitudo eius, & quod non habeat esse reale ex ipsa eius apparentia declaratur, quia apparet ubi non est. Videlur enim esse ultra speculum, & maxime in speculo gibbo, cum ibi non sit, nam si fieret tale speculum de calibe, sive de ferro durissimo, quod imago pertransire non posset, videlur tamen imago ultra illud ferrum: Et quanto homo magis elongaret faciem a tali speculo, tanto illa imago magis videretur ultra illud ferrum, sive ultra illud speculum de ferro.

T. c. 121.
122.Speculi gib
bos exca-
plum.

B Tertia via ad hoc idem sumitur ex carentia contrarietatis, nam huiusmodi formæ habentes esse intentionale, non habent contrarietatem, nec oppositionem ad inuicem, omnes enim colores existentes circa aliquod medium, quantumcunque sint oppositi, multiplicant intentiones suas per totum illud medium. vnde si circa aliquam partem aeris sit color albus, circa aliam partem sit color niger: qui sunt maxime colores oppositi; vel sunt quicunque alii colores, omnes illi colores multiplicabunt intentiones, & similitudines suas, per totum illum aerem. aliter, n. non possent illi colores omnes videri in illo aere, vel cum illo aere. Et, quia existentes in aliquo aere, videamus omnes C colores, qui sunt circa illum aerem; oportet, quod intentiones, & similitudines omnium illorum colorum habeant esse in qualibet parte illius aeris. propter quod in uno, & eodem puncto eiusdem aeris esse possunt similitudines coloris albi, nigri, & omnium aliorum colorum. quod stare non posset, si tales formæ intentionales haberent oppositionem ad inuicem. quia simul in eodem opposita esse non possunt, cum haec sit natura oppositorum, quod unum sit expulsivum alterius. Quia ergo formæ, quæ educuntur de potentia materiae, habent contrarietatem ad inuicem, ut patet per Philosophum, qui semper, cum loquitur de generatione formarum educatarum de potentia materiali, ait, quod omnes huiusmodi generationes semper sunt ex contrarijs, & in contraria, formæ ergo intentionales, quia non habent contrarietatem ad inuicem, de potentia materiali non educuntur: nec de potentia medijs, in quo sunt.

D Quarta via ad hoc idem sumitur ex carentia successionis, & temporis: seu ex carentia successionis temporalis. quia talia secundum se sunt in non tempore, sive sunt in instanti. si autem sunt in tempore hoc, non est propter se, sed propter aliud, quod habent annexum, vnde & Philosophus in 2. de anima, vult quod lux se multiplicet in instanti: asserens inconveniens esse, si se multiplicaret in tempore, quod in tanto spatio sicut est ab oriente in occidens nos lateret: quod patet

Stelle om-
nes à Sole
claritatē ha-
bent, ex in-
fusione fe-
Sol diffun-
dit lumen.

2. de aula 72.

*Animal no-
tum noctu-
lucēsi & ci-
cindela, vel
nitedula di-
citur.

T. c. 121.

exemplum. paret sensibiliter verum esse, nam si aliquis videat aliquem hominem percutientem aliquam arborē à remotis, quia sonus se multiplicat in tempore, prius videt hominem percutientem secundam percussionem, quād audiat primam; si ergo in tam modico spatio, quod non est vnius stadij, percipimus sonum se multiplicare in tempore, si lux se multiplicaret in tempore, quod in tanto spatio, sicut est ab oriente in occidens, lateret nos, hoc fieri in tempore omnino est inconveniens, ergo quia formæ educētæ de potentia materialiæ cum educantur per transmutationes materialiæ, oportet, quod ex hoc, quod interueniat ibi tempus, formæ intentionales, quæ de se multiplicant se in non tempore, & in instanti, non educuntur de potentia materialiæ, vel de potentia medijs; diximus autem formas intentionales multiplicari in instanti, & in non tempore quantum est de se, quia ratione alicuius annexi possunt se multiplicare in tempore, sicut posuimus exemplum de sono, qui cum habeat semper annexum aliquem motum aeris, qui sine tempore fieri non potest, ratione motus annexi, sonus se multiplicat in tempore: & sic de alijs intentionalibus, quibus esset aliquid annexum, quod requireret tempus, possumus dicere, qd multiplicant se in tempore.

Dub. Lateralis.

*An in generatione formarum realium, & intentionalium sit aliqua similitudo.
Conclusio est affirmativa.*



LTERIVS forte dubitaret, aliquis: Vtrum sit aliqua similitudo in generatione formarum intentionalium respectu generationis formatum realium.

Dicendum, quod generatio formæ substantialis, quantum ad aliquid, habet aliquam similitudinem cum formis intentionalibus. Quarit enim Comment. in lib. Physic. Vtrum substantia substantialis sit contraria; Respondetur, quod substantia substantialis est contraria secundum formam, non autem est contraria secundum materiam, quia eadem materia subiectitur utrique formæ, vel utriusque contritorum: ista autem contrarietas, quam ponimus in substantijs, sive in formis substantialibus, magis attendenda est, quantum ad annexa formis, quād quantum ad ipsas formas, nam nullæ duæ formæ substantiales sunt habentes transmutationē ad invicem: vt quod materia sub forma vnius possit fieri sub forma alterius, quin habeat aliquam contrarietatem annexam: vt si ex aere fiat ignis, aliqua contrarietas est vnius ad alium, vt quia aer est humidus, ignis siccus, vel quia aer est minus calidus, ignis magis calidus. Nam non

Formæ substantialiæ quomodo sunt contra utrūlibet. I. Physic. 52. & 3. Physic. co. 10. & 8. Met. com. 3.

Asolum frigidum opponitur calido secundum Philosophum, sed minus calidum magis calido. Propter nihil quidem aliud requiritur transmutatio in materia, nisi ad remouendam dispositionem secundum contrarietatem formarum accidentialium annexarum formæ substantialiæ, quate si ignis agat in aere, in illo eodem instanti, in quo aer est ita desiccatus, & calefactus licet ignis, amouetur forma aeris, & introducetur forma ignis. ipsa ergo forma aeris magis est contraria formæ ignis propter remissam caliditatem, & humiditatem, quas habet annexas, quād propter leipsam, quia non requiritur tempus in generatione rerum, nisi propter contrarietatem, & cum totum huiusmodi tempus apponatur ad remouendum qualitates contrarias annexas formis substantialibus, pater verum esse, quod dicebatur, videlicet contrarietatem in formis substantialibus magis esse propter qualitates contrarias annexas, qd propter ipsas formas.

Ex his autem patere potest, quod supra dicitur, videlicet aliquam similitudinem esse introductionis formarum substantialium in materia, & formarum intentionalium in medio. nam cū medium nullam habeat contrarietatem ad formas intentionales, & specialiter ad intentiones mouentes visum; in illo instanti, in quo corpus lacidum præsentat se medio, diffunditur lumen in toto medio, & in illo eodem instanti, in quo colores, vt sunt apti nati mouere medium, offerunt se medio, multiplicant intentiones suas in ipso medio, sic & materia in illo eodem instanti, in quo est spolia omni qualitate contraria, quam habet ad aliam formam, expoliatur sua forma, & inducit alia formam. Propter quod, si esset in materia priuatio substantialis formæ absque contrarietate ad illam, sicut est in aere priuatio luminis absque contrarietate ad ipsum; & sicut in instanti inducit lumen absque alia alteratione præcedente in medio, sic substantialis forma induceretur in instanti absque alteratione alia in materia præcedente. Sed dices: Cū sit tāta similitudo formæ substantialis ad formas intentionales, vt est per habitu declaratū, quare non sic concedimus formas intentionales educi de potentia medijs, sicut concedimus formas substantiales educi de potentia materialiæ.

Sciendum ergo, quod non oportet similitudinem formæ substantialis, vel ipsam formam substantialiæ se præsentare materia, ad hoc, quod fiat forma in materia, generatur enim ignis secundum Commentatorem, & secundum quod videmus ad sensum, non solum ab igne, sed etiam à motu, in illo enim instanti, in quo est materia summe disposita ad formam ignis, sive hoc fiat præsente igne, sive per aliud agens, vt per motum, ibi statim introducitur forma ignis: vt non requiratur ad hoc forma ignis, vt eius similitudo fiat in materia: sed requiri sola perfecta dispositio materia ad hoc, quod inducatur talis forma in materia, & quia illa perfecta dispositio educitur de potentia materialiæ, dicitur & ipsa forma educi de potentia.

*Lox, & la-
tua, quid.*

tentia materiæ, sed non sic est in formis intentionalibus, quæta quantuncunque medium sit dispositum ad recipiendum lumen, & nullam contrarietatem habeat ad ipsum; nunquam ex hoc illuminabitur, nec recipiet lumen nisi ad præsentiam corporis lucidi, ut tota ratio producti luminis sit præsentia corporis illuminantis. Lumen ergo nō propriè educitur de potentia mediæ illuminati, sed gignitur ex corpore illuminante in corpore illuminato, nisi ergo aliquis sic vellet log large de potentia mediæ, quia quamvis fiat sine transmutatione mediæ, tamen de necessitate habet fieri in medio, & de necessitate ibi requiritur potentia mediæ recipienti. Moto enim medio non remaneret lumen, quia in vacuo non posset fieri lumen, ut ex hoc non dicatur lumen fieri ab extra, sicut dicitur anima intellectuā fieri ab extra, quia corruptio corpore non corruptitur anima, sed a moto medio, & facto vacuo, ubi erat medium, etiam præsente luce, tolleretur lumen, ut in hoc habeat aliquam similitudinem lumen ad medium cum formis eductis de potentia materiæ ad materiam, quia sicut tales formæ non possunt esse sine materia, sicut nec lumen sine medio, lux enim, ut est in fonte, & habet esse reale, dicitur lux, ut est in medio, & habet esse intentionale, dicitur lumen, ut ait Auicenna, quamuis ex usu loquendi vnu ponatur pro alio, ut lux in Sole dicatur lumen: & lumen in aere dicatur lux.

R 159. A D A R G. A X T. 11.

*Athen. 12.
Hec. C. 13.
Sob. finem.*

Dprimum dicendum, quod quicquid sit in materia, educitur de potentia materiæ: Verum est per transmutationem realem, quia formæ reales non hanc hinc transmutatione naturali, nam, ut Commentator in Met. dicit: Si forma fieret sine transmutatione materiæ, fieret de nihilo, quia hoc modo forma est aliqua res, quia sit ex aliqua re, idest ex aliqua reali transmutatione. Secundum tamen veritatem loquendo, non debemus querere formam ex quo fiat, sed in quo fiat, sufficit ergo transmutare materiam realiter, ut fiat realis forma, quod si sine tali transmutatione fieret forma, non haberet esse reale, sed si hoc volumus ad ipsas intentiones extendere, quæ non habent esse reale, sed similitudinatum, & non requirunt materiam, nisi, ut recipiat similitudinem agentis; dicimus illud facere præsentiam agentis, ut recipiat similitudo eius in materia, quantum ad esse intentionale, quod facit realis transmutatio materiæ, ut recipiat ibi forma, quantum ad esse reale.

Ad secundum dicendum, quod lumen est quasi color dyaphani, & quasi perfectio eius, quod licet habeat esse intentionale: tamen secundum tale esse plus habet de perfectione, quam alia intentiones. Est enim lumen similitudo lucis, & habet esse similitudinatum, & intentionale.

*Lumen simili-
tudo in-
cis.*

Ad formam autem arguendi, quod omnis forma educitus de potentia materiæ; ait, quod pro-

Aprioloquendo de potentia materiæ, non educitur nisi realiter transmutetur materia, sicut enim hoc est esse in potentia agentis, quia agens potest realiter transmutare, ut faciat; sic hoc est esse in potentia materiæ, quia potest realiter transmutari, ut fiat.

*Eff. in pot-
tia agentis
& materiae,
quid.*

Ad tertium dicendum, intentionis esse Hugo-nis, qd Solus Deus potest multiplicare, & creare, quia sicut Solus Deus potest de nihilo aliquid, nullo presupposito, sic Solus ille potest multiplicare, & augmentare, nullo addito: ut possit rem aliquam augmentare, non rarefacta: nec re alia sibi addita, quantum ergo ad intentiones, de quibus loquimur, nihil facit dictum Hugo-nis,

Q V Ä S T I O III.

De Dei operatione.



OSTIA quætitur de tertio Principali: Videlicet quomodo operetur Deus. Et circa hoc quæruntur duo, nam cum Deus operetur dicendo, & non dicat aliter nisi signando verbū, erit quæstio: Virum Deus operetur per verbum. & quia sicut Pater produxit verbum: ita Pater, & Filius producunt Spiritum Sanctum. Quæritur virum Pater, & Filius operentur per Spiritum Sanctum.

A R T I C. I.

An Pater operetur per Filium. Conclusio est affirmativa.

Magister. sent. d. 13. D. Tho. Ser. 2. d. 13. q. 1. artic. 5. Et de Ver. 44. artic. 4. 8.



Dprimum sic proceditur: Videatur, quod Pater non operetur p. Filium, quia agens per alium nō immediate attingit effectū, sed attingit mediately illo p. quæ agit, sed nullum effectum immediate attingit Filius, quem non immediate attingat Pater: ergo immediate, Filio, vel per Filium nullum effectum producit Pater.

Præterea præpositio, per, videtur importare aliquam habitudinem causæ, si ergo Pater operatur per Filium, ergo ad operationem Patris, vel quod Pater operetur aliquid, facit Filius aliquid ergo recipiet Pater à Filio, quia recipit hoc, quod operari possit, vel quod operetur: sed nihil recipit Pater ab aliqua alia persona, cum secundum Dionysi. dediui. nom. Pater sit fontana deitatis: ergo &c.

*Prepositio,
per quid a
significet.*

Præterea secundum Dam. cogitatio Dei est opus eius, si ergo Pater operaretur per Filium, cogitaret

gitaret per Filium, & esse sapiens per Filium, qđ A Patre.

Præterea illud, per quod operatur aliquid, est causa media ad operandum, esset ergo Pater causa prima, & Filius causa media, essent ergo non una causa rerum, sed duas causas, quod est inconveniens.

I N C O N T R A R I V M est Apostolus ad Hebreos. 1. vbi dicitur: Nouissime autem his diebus locutus est nobis Pater in Filio, per quem fecit & secula, idest, per quem fecit mundum.

Præterea Augustinus in lib. Confess. loquens Deo Patri ait: Vno verbo æterno, tibi autem coæterno dicis quicquid dicis, & sit quicquid dicis.

Hebr. 1.

Tomo 1.

R E S O L V T I O .

Tater omnia per Filium producit, vt ex Filij productione, et Filium producendi modo, productionis que creatura, videre licet.

R E S P O N D E O dicendum, quod triplici via possumus declarare, qđ omnia operatur Pater per Filium: vt Vna via sumatur ex ipsa productione Filij, vt est quædam persona producta à Patre. Secunda ex ipso modo productionis Filij, vt qđ Filius producitur per talen modum, videlicet pmodum intelligendi. Tertia via sumatur ex modo productionis creaturæ, quia creatura producitur a Deo sicut artificiatum ab artifice, iuxta illud: Omnia enim est artifex.

Prima via sic pater: Nam Filius est quædam res, & quædam persona producta à Patre, ita quod nihil habet a se, sed totum habet à Patre. ideo dicit Hylarius, qđ Filius nihil habet nisi natum. i. qđ nascendo accepit; & quia Filius nihil habet a se nihil potest facere a seipso. ideo dicitur Io. 5. nec potest Filius a se facere, nisi quod viderit Patrem facientem, quod Aug. exponens ait, quod videre Filij a Patre, hoc est natum esse a Patre. quare sic nihil potest facere Filius a se: sed quicquid facit, hoc habet a Patre. ergo quicquid facit Filius, vt facit illud, hoc est a Patre, & per cōsequens illud facit Pater. omnia ergo operatur per Filium, & omnia opera Filij sunt opera Patris, secundum quod diximus. Imaginabimur enim, quod illam eandem substantiam, illam eadem virtutem, quā habet Pater, communicat cum filio, & ab illa virtute, quæ est communis Patri, & Filio, & toti Trinitati producitur creatura, & quocunque opus diuinum. Illud ergo opus erit a Patre dupliciter, quia erit immediate ab eo. Nam Pater sic dedit Filio virtutem suam, quia eam totam dedit Filio, & totam sibi retinuit. Si ergo a virtute diuina procedit quodlibet opus, & illa virtus est in Patre, & Filio; quodlibet opus procedit immediate a Patre, & Filio. vnde bene dictum est de opere quocunque, quod procedit immediate a

Videre Filij, est à Patre natum esse.

Opus omne dupliciter est à Patre.

Rutus bene dictum est de opere quocunque, quod procedit a Patre immediate. nam loquendo de quoconque opere, quod facit Pater, & Filius, patet, quod illud opus erit a Patre, vt sit per virtutem, quæ est in Patre; & erit a Patre, prout fit per virtutem, quæ est in Filio. quia illa virtutē habet Filius à Patre. Si ergo Pater dedisset virtutem Filio, & non retinueret eam sibi, omnia faceret Pater per Filium, & omnia ficeret mediante Filio, nihil ergo ficeret immediate. sed quia sic dedit virtutem Filio, quod totam retinuit sibi, duplicitate operatur Pater quodlibet opus per se, & immediate. In quantum habet in se illam virtutem, a qua procedit immediate opus, & per Filium mediante. In quantum illam virtutem dedit Filio, per quā Filius facit illud opus; ideo dicit Magister in littera, quod Pater operatur per Filium, quia genuit opificē Filium. Quid ergo est, Patrē generate Filium opificem, nisi dare sibi virtutem operandi, per quam est opifex.

Ad hoc etiam vadunt verba Ioannis Chrysostomi, & habentur in littera: quia si Pater est causa Filij, multo magis est causa eorum, quæ facit Filius. nam si quid est causa causæ, est causa causati. si Pater est causa Filij, ergo multo magis est causa causatorum a Filio, siue est causa eorum, quæ causat, & facit Filius. operatur ergo Pater per Filium, quia operatur omnia opera, quæ operatur Filius.

Pater quod
operatur per
Filium.

Advertendum tamen, quod licet sic loquatur Chrysostomus tantus Doctor, qđ Pater est causa Filij, sustinet tale dictum Ecclesia ad exprimendā illam tantam veritatem, quia quicquid habet Filius habet a Patre, & quod nihil habet Filius, nisi quod dignando dat sibi Pater: tamen nomen causa non propriè recipitur in diuinis, quia est causa, ad cuius esse sequitur aliud. Filius autem non est aliud a Patre, sed alius. Quantum autem ad veritatem questionis sufficit, quod Filius sit alius à Patre, & qđ virtutem operati habeat a Patre, quo posito omnia opera, vi sunt a Filio, sunt a Patre. Omnia ergo opera operatur Pater per Filium, quia virtutem operandi omnia opera accepit a Patre Filius.

Secunda via ad hoc idem sumitur, si consideretur modus productionis Filij, nam Pater produxit Filium tanquam suum verbum, quo dicit quicquid dicit, & sit quicquid dicit. Vnde Augustinus in de Trini. loquens de Filio ait, quod est eo verbum, quo Filius, & eo Filius, quo verbum. Si ergo inuestigemus, quid importetur nomine verbi, patet, Patrem omnia agere per Filium. Verbum enim cuiuslibet rei est idem, quod diffinitio eius. Vnde Augustinus 9. de Trinitate ait: quod diffinitio quid sit temperantia, vel intemperantia, hoc est verbum eius, sic enim imaginabimur, quod verbum in voce prolatum est signum verbi in mente concepti. Vnde Augu. 15. de Tri. In mente verbi, quod foris sonat, signum est verbi, qđ in tenuis lucet. cum nominamus aliquid rōnem aliquā concipiimus in mente de illa re, quam nominamus

Tomo 1.
cap. 10.

Tomo 3.
cap. 11.

Dissimilitudine,
Verbum, &
Speculum
ideum.

Lb. 4. Met.
23.

2. Met. ca. 6.
2. Summa.

Tomo 3.

mus, & illa ratio potest dici verbum, potest dici diffinitio, & potest dici speculum. Quod possit dici verbum patuit per Augustinum dicentem, quod verbum exterius significat verbū interius. Quod autem possit dici diffinitio patet per Philosophum dicentem, quod ratio, quam signat nomen, est diffinitio. Quod autem possit dici speculum, patet per Hugo. de angelica natura dicentem, quod diffinitio rei est quasi speculum: in qua ipsius rei natura cernitur, sicut in speculo corporis compositi imago videtur. Pater ergo intelligendo se gignit in se quoddam verbum, quod est quedam diffinitionem omnium, & quoddam speculum, in quo resurgent omnia. Cum ergo quodlibet agens per intellectum producat in se aliquid verbum, & aliquam rationem, per quam producit rem, quam vult intelligendo facere, Deus Pater producendo Verbum producit quandam diffinitionem omnium, per quod verbum diffiniendo omnia facit quemque facit, nam secundum Philosophum in Meta. A domo, quae est in anima, fit dominus in materia. Artifex enim in se concipit rationem dominus, vel diffinitionem dominus vel verbum dominus, & per illam conceptionem vel per illam diffinitionem vel per illud verbum, quod concepit de domo in anima, agit dominum in materia. Et si artifex iste materialis per verbū vel per diffinitionem, quam concepit de rebus in se agit res exteriores multo magis Deus per verbum quod gignit in se quod est speculum in quo resurgent omnia, vel est quedam diffinitio, & quedam ars in qua sunt rationes omnium, & per quam Pater agit, & operatur omnia, unde Aug. loquens de filio. vi. de Tri. ait, quod est ars quedam omnipotentis, atque sapientis Dei plena omnium rationem viuentium, & incommutabilium. Quilibet enim artifex agit per rationes, quas habet de rebus apud se, & quia filius est verbum patris, in quo sunt omnes huiusmodi rationes, consequens est, quod quicquid agit Pater, agat per filium.

Diximus autem quod si artifex naturalis, reputata homo per verbum, vel per rationem, quam concipit de re in anima, agit res in materia, quod multo magis hoc facit Deus, quia ad illas rationes, quas concipit homo in anima, non statim sunt res in materia, sed oportet quod homo per manus suas faciat res in exteriori materia. Verum est tamen quod manus hominis exterius dicitur, & regulatur per rationem, quae est in mente interius. Et hoc modo a domo, quae est in anima, fit dominus in materia, quia secundum domum vel secundum rationem dominus, quā habet homo in anima, regulat manū suā, per quam faciat dominum in materia. Sed per rōnes, quae sunt in mente Dei, sunt res in materia, siue sunt res in quocunque genere ad solum velle Dei, ideo dictum est, quod omnia quemque voluit fecit, quia secundum velle suum per verbū suum vel per rationes aeternas, quae sunt in verbo suo, agit quemque agit. Ergo differentia erit inter agere Dei agere angelī, & agere hominis, quilibet, nosterum agit per verbū, quod habet in mente, & per rōnes

A quas concipit in seipso, sed angelus verba sua, vel omnes rationes suas, per quas agit nos format simul, sed successivè, & per tempora, homo vero nec rōnes, per quas agit, format simul, nec ille rōnes sufficiunt ad agendum. sed oportet, quod motibus manus vel motibus corporis agat quemque; exterius agit, sed Deus ab eterno genuit suū verbum, in quo sunt rōnes omnium ab eterno, per quas rōnes in suo proprio verbo ordinavit quemque; erat facturus in tempore, vnde Augu. j. super Gene. dicit, quod non motibus corporis sicut operatur homo, aut motibus temporalibus sicut operatur angelus, sed eternis atque incomutabilibus, & stabilibus rationibus coeternis sibi verbi sui operatus Deus. Pater ergo quod si consideramus modum productionis filij, quia producitur ut verbum plenum omnibus rationibus eternis, quia omnia facit Deus per illas rationes eternas, omnia facit per verbum, quod est ars plena omnibus rationibus illis.

B Tertia via ad hoc idem sumitur, si consideratur modus productionis creaturarum. Dicemus enim, quod productio personatum est ratio productionis creaturarum primo enim Deus produxit filium, & postea per filium produxit creaturas, ut sit impossibile quod producantur creaturae sine productione filij, & productio filij fuit & est ratio productionis creaturarum. Si enim mundus fuisset ab eterno productio filij, fuisset prior, quam productio creature, sicut ratio rei in artifice precedit rem, cuius est ratio. Quoniamque enim ponenter mundus eternus, productio verbi praecessisset productionem mundi, sicut enim modo, quia mundus semper durabit, dicimus quod Deus regnabit in eternum, & ultra, sic si Deus fecisset mundum ab eterno, possemus dicere nunc, quod Deus regnauit ab eterno, & ante. Nam eternitatem creature praecessisset eternitas Dei patris, & Verbi, & Spiritus Sancti, sed de hoc, i. de Spiritu Sancto agetur in alia questione, & si posita eternitate mundi, quam falso posuerunt Philosophi, conceptio verbi non praecessisset creaturam duratione, praecessisset origine, & dignitate, quia ab emanatione verbi semper sumplisset originem emanatio creature.

C Redeamus ergo ad propositum, & dicamus quod si omnia comparantur ad Deum, sicut artificia ad artificem. iuxta illud Sapien. vii. Omnis enim est artifex omnem habens virtutem, & Contra in Met. vult quod omnia, quae sunt hic inferius procedunt ab una arte principali, quae est ipsius Dei.

D Si ergo hoc est de ratione cuiuscunq; artificis, quod gignat in se verbum, in quo est ratio rei fiendae, per quam facit rem fiendam, consequens est, quod non negemus a Deo agente per intellectum, quod non negamus a quibuscumq; agentibus per intellectum. Cōcipit ergo Deus in seipso verbum plenum rationibus eternis, & plenum rationibus omnium. Deus ergo per verbum, & per rationes illas faciet omnia, quia emanatio verbi erit ratio emanationis omnium, sicut non solum si consideretur modus emanationis verbi, sed etiam si consideretur modus emanationis creaturarum,

Tomo 2.
Homo, An-
gelī, & De-
diuersimor-
de operant.
Idem supra
dist. 12. q. 1.

Personarū
paucis et
ratio proda-
ctionis crea-
turam.

Mundo po-
sito ab etet-
no quidē
sequitur.

Sap. 7.

Lib. 12.
Met. 60. 4A

quia

quia emanant a Deo, ut artificata ab artifice: Deus Pater producens verbum, in quo sunt rationes omnium, per illud verbum producit oia.

R E S P. A D A R G. Ad primum dicendum, q̄ nullum effectum immediate attingit filius, quē immediate non attingat pater, quia, ut patuit, virtutem illam agendi quam dedit filio, totam sibi retinuit, & habet eam in seipso, prout ergo illam virtutem dedit filio, agit mediante filio, & per filium: prout vero totam retinuit sibi, & habet eā in seipso agit immediate, & per seipsum. vna tamen simplex actio est, qua agit pater, & filius, & tota Trinitas. Illa tamen actio, vel creatio, vel productio cuiuscunq̄ creature, est a patre, & est à filio, & est à patre per filium. est enim vna simplex diuina essentia, & natura est tota in patre, & in filio, & tota est a patre in filio. Ipse enim filius est, quasi quidam flos deitatis, & quædam pullatio procedens a patre pullulante, & florente, ut non possit a se agere, sed solum per id, quod habet a patre.

Ad secundum dicendum, q̄ hæc præpositio, p causalitatē notat in filio, non respectu patris, sed respectu creature, & pater operatur per filium non seipsum, sed creaturam, operatur ergo pater per filium non aliquid accipiendo a filio, sed virtutem suam agendi dando, & communicando Filio.

Ad tertium dicendum, q̄ cum dicitur pater operatur per filium, nō intelligitur de operatione, quod est idem, quod esse patris. vnde non concedimus, q̄ pater intelligat per filium, quia cum intelligit per filium, quia cum intelligere patris sit idem quod esse eius, si pater intelligeret per filium, pater esset per filium, si cogitatio accipiat per ipso actu intelligēti, sicut pater est suum intelligere, & suum intelligere est suum esse, sic pater est suū cogitare, vel suum esse. Aug. tam in 15. de Trinitate. Vult, quod cogitatio sit verbum imperfectum. Et ideo dicit, q̄ in Deo non est cogitatio, sed verbum quomodounque tamen accipiat agere, cum dicimus, q̄ Deus agit per verbum, videtur intelligi non de agere, quod est idem, quod esse in Deo: sed de agere, per quod alia res a filio producuntur, a Deo, quia omnis alia res a filio producuntur a patre per filium.

Ad quartum dicendum, q̄ pater est causa prima, & filius est causa prima; & non sunt duas causæ primæ, sed una causa prima, nam sicut pater est Deus, & filius Deus: & pater, & filius non sunt nisi unus Deus: sic pater est causa, & filius est causa, pater tamen, & filius non duæ causæ, sed una causa, omnis enim causa dicitur esse causa per aliquā virtutem, quam habet in se, & per quam operatur. sicut ergo pater, & filius sunt unus Deus, sic sunt una virtus, & unum lumen, & una causa. Nō enim differt, quod habet pater ab eo, quod habet filius quantum ad rem ipsam habitam, sed quātum ad modum habendi, quia pater illam naturam, & illam virtutē, quā hēt, nō habet ab alio, sed filius habet ab alio. Et ex isto alio modo habendi oriuntur veritates multarum propositionum; videlicet

Cogitatio
non est in
Deo.
Tomo 3.
Cap. 16.

A q̄ pater est Deus, non de Deo: & est lumen nō de lumine; filius tamen est Deus de Deo, & lumen de lumine. & pater est principium, nō de principio: filius est principium de principio. Pater tamen, & filius non duo Dij, sed unus Deus, unus lumen & unum principium.

A R T I C. II.

An Pater, & Filius operentur per Spiritum Sanctum.
Conclusio est affirmativa.

Magister sent. d. 13. D. Tho. de Ver. q. 4.



E c v n d o quæritur: Vtrum Pater, & Filius operentur per Spiritum sanctum. Et videtur q̄ non, nam Deus pater operatur per sapientiam suam, iuxta illud: Omnia in sapientia fecisti, & filius etiam operatur per sapientiam suam, q̄a est ipsa sapientia. sed Spiritus sanctus non dicitur sapientia patris, & filii. ergo per eum non operatur Pater, & Filius.

Præterea quodlibet agens agit per virtutē suā, quia ista tria se habent per ordinem secundum Dion. & Dam. Substantia, virtus, & operatio. sed esse sapientiam, & virtutem competit filio & appropriantur filio, iuxta illud. I. ad Corinthios, 1. Corinth. 1. Prædicamus Christum Dei virtutem, & Dei Sapientiam, cum ergo hæc non appropriantur Spiritui sancto, operabitur per Filium, & nō per Spiritum sanctum.

Præterea omnis creatura procedit a Patre, & Filio, & a tota Trinitate tanquam artifice. quia tota Trinitas est quasi quidam artifex omnis creature, sed quilibet artifex operatur per suam artem. cum ergo spiritus non dicitur ars Patris, & Filii: ergo, &c.

I N C O N T R A R I V M est Magister in littera dicens, quod per Spiritum Sanctum dicitur operari sive Pater, sive Filius. quia ab utroque procedit Spiritus sanctus, factor omnium, ergo &c.

Præterea Dio. 4. de diuī nomi. ait: quodam amor, qui est in Deo, mouit ipsum ad operandum, amor ergo fuit causa, quare Deus operaretur, ergo per amorem facit quicquid facit. sed Spiritus sanctus est amor Patris, & Filii: ergo &c.

R E S O L V T I O .
Pater, & Filius operantur per Spiritum sanctum
quatenus Spiritus sanctus est res in se: & persona producēta. Idq; patet, si modus producendi Spiritū sanctum consideretur: quoniamne pacto res creatæ producantur.

R E S P O N D E O dicendum, q̄ illis tribus vijs quibus declarauimus Patrem operari per Aegid. sup. ij. Sent. Fff Filium,

filium, declarare possumus patrem, & filium operari per spiritum sanctum. Erit enim prima via prout Spiritus sanctus est quædam res in se, & quedam persona producta a patre & filio. Secunda sumetur, si consideretur modus productionis spiritus sancti. Tertia autem via sumetur ex modo productionis creaturaræ.

Prima via sic patet: sicut enim pater dat esse filio, & dat ei omnia, quæ habet; ita quod nihil habet filius a semetipso, sed totum habet a patre, quod ergo filius habet, & quod sit opifex, & quod habeat virtutem agendi, totum habet a patre; ideo pater operatur per filium, ut dicebatur, quod quicquid operatur filius operatur pater: sic quia spiritus sanctus habet naturam, & esse quicquid habet, habet a patre, & filio. Propter quod, si sit opifex, & quod sit factor rei habet a patre, & filio. omnia ergo opera eius operatur pater, & filius, & ex hoc dicuntur operari per ipsum pater, & filius.

Secunda via ad hoc idem sumitur ex modo productionis spiritus sancti. Nam sicut filius producitur per modum intellectus, quia pater intelligendo se producit verbum, quo dicit omnia, sic pater & filius producunt spiritum sanctum per modum voluntatis, quia pater, & filius volendo se, & diligendo se producunt quendam amorem, qui est spiritus sanctus, quo diligunt omnia, nam quilibet amat diligit quæcumque amat amore a se procedente. Pater ergo, & filius quæcumque amant, diligunt amorem a se procedente, qui est spiritus sanctus, sicut ergo ex modo procedendi filii, quia procedit per modum intellectus, & ut verbum, quo pater dicit omnia: & quia dicendo operatur, ideo per verbum operatur omnia sic, quia pater, & filius producunt spiritum sanctum per modum voluntatis, qui est amor eorum, quo amat omnia, & quia spiritu sancto amant omnia, spiritu sancto producunt omnia, nam volendo, & amando producunt omnia. ideo dicit Dionysius, 4. de di. no. quod amor, qui est in Deo, non permisit ipsum esse sine germine, quod potest intelligi de germine creaturae. Nam cum amare sit idem, quod velle bonum, ut dicit Philosophus in 2. Rhetoricorum: Deus quia amat creaturam, vult bonum creaturæ, & communicat ei de bonitate sua; hoc modo Deus producit creaturam, quia communicat ei de bonitate sua. Deus ergo, & dicendo producit creaturam: & amando, & volendo bonum creaturæ communicat sibi bonitatem suam, quod faciendo producit creaturam, quia nihil est aliud creaturam producere, quam de bonitate sua creaturæ communicare, quia ergo Deus omnia producit dicendo omnia, pater producit per verbum, quo dicit omnia. & quia omnia producunt amando, & volendo, Pater, & Filius, & tota Trinitas omnia producunt per spiritum sanctum, qui est amor diuinus, quo amantur omnia.

Tertia via ad hoc idem sumitur ex modo productionis creaturarum. Dicebatur, n. q. creaturæ producunt a Deo sicut artificata ab artifice: sed omnia artificata sunt per voluntatem artificis, iuxta illud Philosophi in 6. Metaphys. Principium artis in artificialibus, est voluntas: & ibidem ait, quod at-

tificiatum, & voluntarium est idem.

Omnia ergo procedunt a Deo per intellectum, & per voluntatem. Aliquando enim invenimus, quod scientia Dei est causa rerum, iuxta illud Commentatoris in 12. Scientia nostra causatur à rebus: sed scientia Dei causat res. Et Augustinus, 1. 5. de Trin. c. 13. ait, Vniuersas autem creaturas suas, spirituales, & corporales non quia sunt, ideo nouit, sed ideo sunt, quia nouit, Scientia ergo Dei est causa rerum, sicut & voluntas Dei est causa rerum: iuxta illud Augustinus, 13. de Trin. Voluntas Dei est prima, & summa causa omnium corporalium specierum, atque motionum, nihil enim visibiliter & sensibiliiter hoc sit, quod non de interiori inuisibili, & intelligibili aula summi Imperatoris, aut iubeat, aut permittat: & sicut voluntas Dei est causa omnium creaturarum, quas videmus: sic est causa omnium, quas non videmus: omnia ergo fiunt a Deo per intellectum, & voluntatem. Quare si modus productionis creaturæ est, ut producat a Deo, tanquam artificata ab artifice, cum omnis artifex agat per intellectum & voluntatem: omnia producuntur a Deo per intellectum & voluntatem, & ut producuntur per intellectum, omnia producuntur a Deo per verbū: prout vero producuntur per voluntatem: omnia producuntur per spiritum sanctum. In illa ergo sancta Trinitate nisi emanaret ibi verbū, nihil produceretur a Deo in ipsis rebus creatis per intellectum: & nisi produceretur ibi Spiritus sanctus, qui est amor diuinus, nihil emanaret a Deo per amorem & per voluntatem. Propter quod bene dictum est, quod emanatio personalis est ratio emanationis creaturarum: Et si dicatur, In diuinis potest sumi amor essentialiter, & personaliter: Dicemus, quod amor ut in diuinis sumitur personaliter, est ratio emanationis creaturarum, ut procedat a Deo per voluntatem & per amorem.

Adducemus autem & quartam rationem ad propositum communem questioni praesenti & praecedenti. Dicemus enim, quod Deus intelligendo se intelligit alia, & volendo & amando se, vult & amat alia. Si ergo intelligere se est causa, quare Deus intelligit alia; & velle, & amare se est causa quare velit & amet alia; illa persona, quæ producitur in diuinis, prout Deus intelligit se: erit ratio, & causa quare producuntur a Deo alia per modum intellectus. Propter quod emanatio verbi diuinum est ratio quare producuntur omnia alia. propter quod Deus pater producendo verbum diuinum dicit, & dicendo producit omnia alia: sic quia Deus volendo se, vult alia; illa persona, quæ procedit ex eo, quod Deus vult se, & amat se: erit ratio & causa quod Deus velit alia, & quod volendo producat alia. quia ergo persona, quæ procedit in diuinis per modum intellectus, est verbum, quod procedit a patre: omnia per verbum operatur pater. quia vero persona, quæ procedit in diuinis per modum voluntatis est spiritus sanctus, qui est amor patris & filii, omnia amant Pater & Filius per spiritum sanctum; & quicquid communicant creaturæ de honestate sua: communicant ei per spiritum sanctum. Quilibet enim Gentilis ponens Deum unum, & non Trinum; cogeretur

Auct. c. 51.
De scientia
est causa re-
rum. vide su-
per d. 3. p. 2.
q. 4. artic. 4.
Scholium
noscitum.
T. 3. cap. 4.

Trinitas 3
Gentili po-
sit quod dif-
ferat à Chri-
stana.

cogeretur ponere, q̄ Deus intelligeret se, & dili-
geret; & intelligendo se esset ibi verbum: & diligē-
do se, esset ibi amor, sed ibi verbum, & amorē nō
poneret Gentilis esse alias res, nec relatas, nec
absolutas; concederet tamen, & cogeretur conce-
dere, q̄ per verbum illud, quod est in Deo, & p
suum intelligere, & per illum amorem, qui est in
Deo, & suum diligere Deus produxit omnia. Et
verbum diuinum, & amor diuinus esset ratio
productionis omnium. Illud ergo, quod dice-
rent Gentiles de verbo diuino, & amore non
existere alias res, nec absolutas, nec relatas, dice-
mus nos de eis ponēdo eas alias res non absolu-
tas, sed relatas: & ponendo ibi veram emanatio-
nem, & productionem, vt ibi verbum verē ema-
net, & producatur à Deo, Pater: & ibi amor, idest
Spiritus sanctus verē emanet, & producatur à
Patre, & Filio, vt ex hoc omnia pater producat,
per Verbum, & Pater, & Filius producāt per Spi-
ritum sanctum. a tota enim Trinitate prōcedit
quodlibet opus, quia indiuisa sunt opera Trinita-
tis, cum sit indiuisa substantia. sed sicut ipsa vir-
tus, & ipsa substantia diuina in se nullo modo re-
alicer differens habet aliquem modum se haben-
di, vt est in Patre, quem non habet, vt est in Filio.
quia in Patre est, vt fontana: in Filio, vt pullula-
tio. i. per pullulationem communicata. vel est in
patre, vt non accepta ab alio, & hoc modo dicitur
fontana. In filio est, vt accepta ab alio, & hoc mo-
do potest vocari pullulatio. sic ipsum opus, quod
proceditur a diuina virtute, & a tota Trinitate,
quia diuina virtus est ipsa diuina substantia. ideo
tota Trinitas habet vnam, & eandem substatiā:
sed sicut huiusmodi virtus, & substantia habent
aliquem modum se habendi in una persona, quē
non habet in alia, sic ipsum opus, quod procedit
a tali virtute, & a tota Trinitate habet aliquem
modum se habendi per comparationem ad unā
personam: vel habet aliquem modum respectus
ad unam personam, quem non habet ad aliam, vt
dicitur esse a Patre per Filium, & non eōuerso.
Et dicitur esse a Patre immediate, & mediante Fi-
lio, & tamen non dicitur esse à Filio immediate,
& mediante Patre. Et quod dictum est de Patre re-
spectu Filii, veritatem habet de Patre, & Filio re-
spectu Spiritus Sancti.

Trinitatis
operatur L
divisa.

R E S P. A D A R G. Ad primum dicendum,
q̄ Deus omnia operatur per sapientiam suam, &
omnia operatur per voluntatem suam. creaturæ
igitur, vt procedunt a Deo per sapientiam, factæ
sunt à Patre per verbum: prout vero procedunt à
Patre, & Filio per voluntatem, & per amorem, fa-
ctæ sunt à Patre, & Filio per Spiritum sanctum.
Creaturæ ergo quamvis siant a tota Trinitate,
quia indiuisa sunt opera Trinitatis, prout est indiuisa
substantia; tamen, quia diuina substantia,
& diuina virtus, quæ est idem quod ipsa substan-
tia, habet aliquem modum se habendi in Patre,
quem non habet in Filio, & in Patre, & Filio, quē
non habet in Spiritu sancto respectu operis crea-
ti, prout Pater intelligendo generat Filium, &
per Filium operatur creaturam, habet aliquam

A principalitatem, quam nō habet Filius: & Pater,
& Filius prout volendo se, & diligendo se produ-
cunt Spiritum sanctum, quem producendo per
ipsum producunt creaturam, habent aliquā prin-
cipalitatem respectu creaturæ, quam non habet
Spiritus sanctus, sed ex ista principalitate nulla
est minoritas in Filio respectu Patris, & nulla est
prioritas in Patre respectu Filii, & nullus est ibi ex
hoc ordo maioritatis, & prioritatis, quo Pater sit
prior Filio, vel Filius sit minor Patre, sed solum
est ibi ordo originis, quo Filius est ex Patre, sic ēt
& in Spiritu sancto solus est ordo processionis, &
productionis, quia Spiritus Sanctus non est po-
sterior Patre, & Filio, nec est minor eis, sed proce-
dit ex eis in Patre, & Filio, ergo quantum ad crea-
turæ est principalitas respectu Spiritus Sancti:
quia est productus ab eis, & procedit ab eis, vt ex
hoc Spiritus sanctus, quod producat creaturam,
habeat à Patre, & Filio: Pater autem, & Filius nō
habeant ab ipso.

Trinitas
principalis
est esse
sine majori-
tate, & pio-
ritate.

B Ad secundum dicendum, q̄ licet agens agat p
virtutem suam, & Dei Filius est virtus, & sapien-
tia Patris, prout res procedunt a Deo per intelle-
ctum, secundum quem modum Pater operatur
per Filium, tamen non excluditur, quin res proce-
dant à Deo per voluntatem, & per amorem, secū-
dum quem modum Pater, & Filius operantur p
Spiritum sanctum, per quem diligunt creaturam.

C Est enim diligenter aduentendum, quod Pa-
ter non intelligit Filio, ne ex hoc videatur Filius
aliquid facere ad esse Patris: sed Pater, & Filius
diligunt Spiritu sancto, quia ex hoc non potest
dici, quod Spiritus sancto aliquid faciat ad es-
se Patris, vel Filii, quod totum contingit ex alia,

P, et Filius
diligunt se
Sp̄u Sancto
Pr̄ aur intel
ligit Filio,
cur non di-
catur.

& aliq̄ habitudine rerum significatarum, quia no-
mine amoris non significatur esse, quod si Pater,
& Filius diligent Spiritu sancto, non propter
hoc intelligitur, quod ille amor, qui est Spiritus
Sanctus, aliquid faciat ad esse Patris, & Filii, quia
amor dicit aliquid ab alio: sed intelligere dicit
aliquid in alio. & ideo non concedimus, quod
Pater intelligat Filio, ne videatur aliquid acci-
pere à Filio. Concedimus tamen, quod Pater,
& Filius diligent Spiritu sancto, quia in hoc non
datur intelligi, quod aliquid accipient à Spiritu
sancto.

D Ad tertium dicendum, quod Filius est ars Pa-
tris, sed artifex non solum operatur per artem,
sed per voluntatem. vt quia vult, & amat, & sibi
placet opus. Propter quod, si Pater operatur: ope-
ratur per verbum, quia se intelligendo

producit Verbum, Pater, & Fi-
lius operantur per Spi-
ritum sanctū.

quia se
volendo, & diligendo, producunt
Spiritum sanctum.

Dub. I. Litteralis.



V P E R litteram dubitaret forte aliquis de hoc, quod dicitur: Fa^{ctum} est vespere, & mane dies unus. Et postea dicitur, quod ordo naturalis distinctionis die rum est, ut designentur, & computentur dies a mane usq; ad vesperam. Contra naturam ego computati sunt dies a vespera usq; ad mane.

Dierum computatio triplex.

Dicendum, quod computatio dierum potest esse tripliciter, vel secundum quod requirit ratio dierum in se: Vel secundum, quod requirit ratio dierum in tali materia: Vel secundum, quod requirit ratio dictum in aliquo mysterio.

Secundum quod requirit ratio dierum in se, videtur esse computandus dies a mane, quia mane est principium diei. Sed secundum quod computatur dies in aliqua materia, computandi sunt dies secundum illam materiam. Ut Medici, qui considerant de infirmitate ergo, computat dies pro ut incipit infirmitas eius. Et ideo a tertia hora in tertiam, vel a sexta in sextam, computant diem sicut incepit infirmitas eius, sic & Moyses volens computare diem, sicut facta fuit lux in illa distinctione, & ornatone dierū, quia illa lux primo facta non incepit in aurora, ita quod dies ille primus non habuit mane, i.e. auroram, & ex hoc non habuit suum initium: nox autem habuit suum initium, quia habuit vespere, computauit diem a vespere usq; ad mane, volens secundum sua initia computare dies.

Tertio secundum quod computantur dies in aliquo mysterio, sic iuxta modum mysterij possunt computari dies, vel a vespere, ratione peccati: vel a media nocte, ut aliquam partem habeamus de tertia die, in qua surrexit Christus. secundum etiā alium, & alium modū mysterij potest aliter, & aliter incipere dies, ut patebit infraius.

Dub. II. Litteralis.



Lux primo creata a nō ex nihilo.

L T E R I V S forte dubitaret aliquis de eo, quod dicitur, quod illud corpus lucidū non fuit factum de nihilo, sed de materia præiacente. Sed contra: Stella est densior pars sui orbis, & est plus de materia in stella, quam in aliqua parte sui orbis, sed facere plus de materia est facere hoc ex nihilo, cum materia non possit fieri ex aliquo, sed ex nihilo, ego &c.

Dicendum, quod solus Deus potest augmentare materiam, etiam potest inspissare aliquid eo augmentato non, vel nullo addito, & solus potest innouare materiam: ut potest aliquid ratificare eo non occupante maiorem locum. Materia enim de se non est multa, vel pauca: non est tanta

XIII.

A vel non tanta, propter quod non est idem esse materiam tantam, & occupare tantum locum, nam illud idē augmentatum de materia, quod est in uno pugillo aqua, si fiat inde aer, occupabit x. pugillos. Deus ergo qui habet potentiam super ipsam essentiam materię, habet potentiam super quantitatem eius, ut possit de pauca materia facere multa. hoc tamen non est facere aliquid de nihilo, sed est ipsam materiam augmentare, & facere ipsam esse sub maiori quantitate, quare si inspissatur plus cęlum in illa parte, ubi fuit facta lux, potuit hoc fieri virtute diuina illam præiacentem materiam augmentando, & ex hoc eam magis spissam faciendo. De hoc autem, cum tractabitur de luminaribus cœli, clarius patebit.

Dub. III. Litteralis.



L T E R I V S forte dubitaret aliquis de eo, quod dicitur: Ante lucem nec dies fuit, nec nox, licet tempus fuerit. Sed contra: Nox nihil est aliud, nisi aer quidam, vel dyaphanum quoddam tenebrosum, sed ante factiōnem lucis erat aliquid tale tenebrosum, ergo &c. Dicendum quod tenebrositas, quae est nox, differt à tenebrosis illa, quae fuit ante lucem tripliciter. Primo quia tenebrositas noctis est per lucem & a luce, quia est umbra causata a luce, & ex corpore opaco. ex duobus enim causatur umbra: ex luce, & ex corpore opaco. cū ergo illa tenebrositas, quae erat ante factiōnem lucis nō esset causata a luce, nox dici non poterat. Secundo differt tenebrositas, quae est nox, a tenebrosis illa præcedente lucem, quia nox est tenebrositas secundum partem: sed illa tenebrositas præcedens erat secundum totum. tūc est enim tenebrositas noctis, quando in una parte terræ vel in una parte hemisphærī est tenebrositas, in alia autem parte est luciditas, & claritas. Tertio differt illa tenebrositas præcedens a tenebrosis noctis, quia illa tenebrositas erat per lucis negationem, quia quandiu stabat mundus sine luce, in nulla sui parte erat aptus natus illuminari. Sed tenebrositas noctis non est per lucis omnimodam negationem, sed per lucis priuationem, quia licet pars illa terræ, ubi non est nox, non illuminatur a Sole, vel ab alia luce: tamen est apta nata illuminari, quia semper Sol post occiduum tendit versus orientem, ut iterum illuminet terram, vel hemisphērium nostrum, sicut faciebat & illa lux.

D
illuminet terram, vel hemisphērium nostrum, sicut faciebat & illa lux.

Dub. IV. Litteralis.



Dies tripli-
citer sumi-
tuntur.

L T E R I V S forte dubitaret alii quis de eo, quod dicitur, quod dies potest accipi tripliciter. Vel pro ipsa luce, vel pro aere illuminato, vel pro spatio. 24. horarum; quomodo differenter accipiuntur isti dies.

Dicendum, quod, prout ista lux dicitur dies, sic est qualitas, quia lux quædam qualitas est. Pro ut dicitur spatium 24. horarum, sic potest dici quantitas: quia est tota circulatio, vel est peragrat tantam quantitatem, sicut est circulatio, quam facit Sol. Prout autem dies dicitur illuminatio aeris, sic dies est pars circulationis, & est dies sumpta artificialiter, prout lux peragrat hemisphaerium nostrum, & illuminat aerem in hemisphaerio nostro.

Vel possumus dicere, quod lux dicitur dies causaliter, quia causat diem. Illuminatio vero aetatis cum motu lucis dicitur dies formaliter, & est dies, quæ dicitur artificialis. Sed prout dies dicitur spatium 24. horarum, causatur ex peragratone lucis, & est dies totalis, vel est dies naturalis comprehensio totam circulationem.

Dub. V. Litteralis.



Dies natura-
lis, & artifi-
cialis quo-
modi dicen-
tur.

L T E R I V S forte dubitaret aliquis, quomodo dicitur dies naturalis, & quomodo artificialis.

Dicendum, quod dies naturalis dicitur illud, quod naturaliter sit ex una circulatione Solis. quod autem sit ibi terra in medio, & quod sit umbra in hemisphaerio nostro, & ex hoc dicatur nox, vel fiat umbra in hemisphaerio alio, & claritas in nostro, & dicatur dies, hoc est, ut artificialis, & ex modo loquendi nostro. Sol enim in tota circulatione semper se vertit quasi eodem modo circa terram, & ex una parte facit claritatem, & ex alia umbram. tota ergo circulatio, & qualibet pars circulationis semper continet claritatem, & umbram, ut tota circulatio ex hoc possit dici dies ratione claritatis, & tota dici nox ratione umbrae. Sed quia denominatio debet fieri a digniori, dignius est, quod tota circulatio denominetur a claritate, & dicatur dies, quam denominetur ab umbra, & dicatur nox, pars ergo circulationis vbi est umbra, potest dici nox tota: circulatio vero denominata a digniori, id est, à claritate, debet dici dies.



L T E R I V S forte dubitaret aliquis de eo, quod dicitur, quod sunt diversi modi computandi dies, quo modo hoc habeat esse.

Diesum co-
putatio qua-
duplex.

Dicendum, quod dies, ut patet, est tota una reuolutio, quæ diuiditur in diem, & noctem, tam ergo in die, quam nocte est dare tria, videlicet principium diei, medium, & finem. Et principium noctis, & medium, & finem. Et quævis ista omnia videantur sex, tria respectu diei, & tria respectu noctis, tam non sunt nisi quatuor, quia idem est finis diei, & principium noctis. Nam sicut vespera est finis diei, & principium noctis, ita mane est finis noctis, & principium diei. Nam mane est principium huius, & finis illius. quatuor ergo sunt puncta notabilia in una tota circulatione solis, quæ dicitur una dies naturalis; videlicet mane, meridies, vespera, & media nocte. secundum ergo hæc puncta notabilia posse sunt quatuor modis computari dies: Vel ab uno mane usque ad alium: Vel ab una meridie usque ad aliam: Vel ab una vespera usque ad aliam: Vel ab una media nocte usque ad aliam: Omnes hæc computationes acceperunt suos iudices, vel acceperunt suas gentes sic computantes. Nam

Diesum va-
riæ compu-
tationes.

Græci computant diem a mane usque ad mane. Et iste modus secundum Magistrum in littera est magis naturalis. Arabes computant diem ab una meridie usque ad aliam, & videtur hoc sa

Græci.

C tis rationale. Nam si dies dicitur a dyne, quod est clarum, satis est rationale, quod à perfecta claritate incipiat computari dies. Iudæi vero computant dies a vespera usque ad vesperam, & induunt exemplum Litteræ Gen. vbi computatur dies a vespera, cum dicitur: Factum est vespera, & mane dies unus. Sancta autem nostra Mater Ecclesia computat diem a media nocte usque ad medianam noctem. quod factio mysterio factum est: ut tunc incipiat dies, quod primo surgimus ad orandum, quod fit in media nocte, vel quia circa medianam noctem debet pulsari ad Matutinum, ut concordemus cum Psalmista: Media nocte surgebam ad confitendum tibi. hoc etiam non solum factum salubriter, & sacro mysterio, sed etiam factum est utiliter, ut sciant Sacerdotes quomodo ieuniū debeat celebrare Missam, ut si sentiant se sacerdotes post medianam noctem sumptasse cibum vel circa: nullo modo debent celebrate, cum non sint ieuniū illa die secundum Ecclesiam, quæ computat diem ab una media nocte usque ad aliam. Si autem hæc sumperserunt ante medianam noctem posse sunt secure celebrare. quia cum pertineat ad aliam diem præcedentem, ieuniū sunt pro illa die, qua postea celebrabūt. Dormire autem, vel non dormire, nihil ad propositum. si enim sumat cibum vel potum post medianam noctem, siue dormiat, siue non dormiat, non debet cele-

Ecclesia
Sancta.

Psal. 118.

Sacerdos et
lebrare non
potest, sum-
pto cibo
post mediā
noctē, siue
dormitatur,
siue nō, sum-
pto cibo.

brate. Esse enim ieiunum una die, qui celebrat, computando diem, ut computat Ecclesia, est per se considerandum. Dormire autem, & non dormire se habent per accidens, & non sunt ad propositum.

Potest autem assignari tertia causa huius, quæ est quasi quedam necessitas, & verificantur verba Christi dicentis: Tertia die resurgam. computantur enim tres dies accipiendo partem pro toto, stetit enim in sepulchro per aliquam partem diei veneris; videlicet ab illa hora, qua fuit positus in sepulchro usque ad medium noctem, & stetit per totam diem sabbati; videlicet a media nocte usque ad aliam medium noctem, & stetit per partem diei Dominicæ, videlicet a media nocte usque circa ortum solis, & tunc tertia die resurrexit. Si enim computaremus, ut computant Aretes, videlicet, a media die usq; ad medium diem, non solum non stetisset per tres dies, sed nec complete per duos in sepulchro. Hoc enim modo, ut computat Ecclesia dies, possumus magis saluare ipsum tertia die resurrexisse, ut est per habita declaratum.

Math. 10.
Christus quæ
tres dies in
sepulchro
moratus fue
rit.

Dub. VII. Litteralis.



LITERVS forte dubitaret aliquis de eo, quod dicitur, q̄ in Patre monstratur auctoritas. Cum enim una, & eadem substantia simplex sit in Patre, & Filio, & cum Filius per omnia sit æqualis Patri, non videtur, q̄ auctoritas sit in Patre respectu Filii.

Dicendum, quod cum Pater sit principium Filii, est auctoritas in Patre respectu Filii: quia est principalitas in Patre respectu Filii, cum sit principium Filii. quantuncunque ergo rem producunt Pater, & Filius, siue personam diuinam, siue creaturam, illa procedit principaliter a patre. Vnde Augustinus 15. de Trini. ait: Filius autem de patre natus est, & Spiritus sanctus de patre principaliter, & de vitaque communiter procedit. quare si ipsa persona diuina, quæ procedit de patre, & filio, communiter procedit a patre principaliter, multo magis creatura, quæ producitur a tota Trinitate cōiter, producitur a patre principaliter. Sed dices: Simplex est nosse diuinū, simplex est eius velle, per quod producitur creatura, quomodo ergo una, & eadem res uno simplici nosse, & uno simplici velle diuino producta a tribus personis, potest ab aliqua personarum produci principaliter, vel produci ab una persona per aliam?

Sciendum ergo: quod, ut supra dicebatur, quā tuncunque nosse, & velle diuinum, sit quid simplex, tamen secundum modum se habēdi differt, ut est in una persona, & in alia, quia nosse est in filio communicatum a patre, & non econuerso. Et velle est in Spiritu sancto communicatum a patre, & filio, & non econuerso, igitur cum per ilud nosse procedat creatura à patre, procedat pri-

A cipaliter, quia secundum illud nosse pater est principium filij, & secundum illud nosse a patre procedit per filium, quia a patre est communicatum filio. Et quod dictum est de nosse diuino respectu filij, intelligendum est de velle diuino respectu Spiritus sancti. Nam cum per velle diuinum producas creatura a tota Trinitate, quia secundum illud velle pater, & filii sunt principiū Spiritus sancti; a Patre, & filio procedet creatura principaliter.

Rursus: quia huiusmodi velle communicavit Pater, & Filius Spiritui sancto, secundum illud velle procedet creatura a Patre, & Filio per Spiritum sanctum.

Aduertendum tamen, quod quantuncunque Pater, & filius sint communiter principium Spiritus sancti, pater habet quandam principalitatem, quia Pater communicat hoc filio, q̄ sit principiū Spiritus sancti: ideo pater, prout producitur creatura per nosse diuinum, vel per velle, habet quandam principalitatem respectu filij, quia hoc communicat filio. Et pater, & filius habent talem principalitatem respectu spiritus sancti, quia hoc cōtrahunt spiritui sancto. Vnde Augustinus 5. de Trinitate, ait: Sicut Spiritus sanctus est Deus cum Patre, & Filio, & unus Deus; sic ad creaturā sunt unum principium non duo, vel tria principia. Unum ergo principiū sunt Pater, & Filius, & Spiritus sanctus respectu creaturæ; tamen, quod filius sit tale principium respectu Spiritus sancti: habet hoc a patre, ideo Spiritus sanctus principaliter procedit a patre.

Creatura
q̄o proce-
dat à Patre
principaliter.

Tome 2.
cap. 11.

Rursus: quia, q̄ creatura producatur a filio habet hoc filius a patre, ipsa etiam creatura producitur principaliter a patre respectu filij, & producitur a patre per filium: sic etiam quia Spiritus sanctus, q̄ sit principium creaturæ, hoc habet a patre, & filio, ideo respectu Spiritus sancti producitur creatura principaliter a patre, & filio, & operantur hoc modo producendo creaturam per Spiritum sanctum pater, & filius.

D I S T. XIV.

De productione simplicium, & insensibilium corporum, deq; opere diei tertie, & quarte.

D



I X I T Q V O Q V E
D E V S : F I A T
F I R M A M E N T V M,
Postquam Magister determinauit de ope-
re primæ diei, in
qua producta fuit
lux, in hac Distinctio-
ne 14. determinat de
operibus trium se-
quentiū dierum. Circa quod tria facit, quia pri-
mo determinat de opere secundæ diei, in qua pro-
ductum fuit firmamentū. Secundo de opere ter-
tiæ

tiæ diei, in qua fuerunt congregatæ aquæ, & apparuit arida. Tertio de opere quartæ diei, quâdo fuerunt facta luminaria in firmamento cœli. Secunda ibi: { Sequitur: Dixit vero Deus Congregantur: } Tertia ibi: { Sequitur: Dixit Deus: Fiant luminaria. } Circa primū duo facit, quia primo agit de opere secundæ diei, quâdo factum est firmamentum. Secundo circa ea, quæ dixerat, mouet quasdam quæstiones ibi: { Si quem vero } mouet. Dicit ergo, quâd secunda die factum est firmamentum diuidens aquas ab aquis. Et exponi se de quo firmamento intelligitur, quia de cœlo sidereo, & de quibus aquis, quia de aquis, quæ sunt supra cœlum sidereum, quod est cœlum Crystallinum, quod est supra cœlum sidereum, diuidens ab aquas, quæ sunt in terra, ab ijs: quæ sunt sub huiusmodi cœlo. Deinde cum dicit: { Si quæ vero. } Circa ea, q̄ dixerat, siue circa firmamētum mouet quasdam quæstiones. Circa quod quatuor facit, quia primo querit quomodo super firmamētum possint esse aquæ. Secundo querit utrum cœlum sit igneæ naturæ, & utrum pro firmamento possit accipi aer. Tertio cuius figuræ sit cœlum, siue firmamentū. Quarto quare in fatione firmamenti non est dictum: { Vedit Deus, quod esset bonum. } Secunda ibi: { Quidam vero. } Tertia ibi: { Quæri etiam solet. } Quartæ ibi: { Post hoc. } Dicit ergo ibi, quâd si quem mouet, idest si queratur quomodo aquæ quæ sunt fluidæ naturæ possunt esse supra cœlum: Respondet dupliciter. Primo quia qui ligat aquas in nubibus, potest eas ligare supra cœlum. Addit etiam secundam responsionem ad supplendam responsionem primam, quia aquæ supra cœlum sunt dictæ aquæ non vaporabili tenuitate, sed glaciali soliditate. Addit etiam ipsum firmamētum factum esse de aquis: quæ est quasi tertia responsio, quia si factum est de aquis, possunt esse super illud. Deinde etiæ cum dicit: { Quidam cœlum. } mouet duas quæstiones. Utrum cœlum sit naturæ igneæ, & assisterit quasdam dicere, quâd sic. Secundo querit utrum firmamentum possit accipi pro ipso cœlo, quod est super aerem, & pro ipso aere. Et assignat secundum Augustinum diuersos modos accipendi firmamentum, & accipendi aquas. Et concludit, quâd quocunque modo sunt illæ aquæ, tamen ibi eas esse non dubitamus. Deinde cum dicit: { Quæri etiam. } mouet duas alias quæstiones. Una est cuius figuræ sit cœlum, Et responder, quâd quāmuis Auctores nostri, idest Sancti hoc scierunt, tamen Spiritus sanctus per eos dici noluit: nisi quâd noltræ saluti proficit. Mouet aliam quæstionem quomodo dicitur firmamentum cum moneatur, quia si non moueretur, sidera non possent circumvolvi. Soluit, quâd non dicitur firmamentum propter stare, vel propter non moneri, sed dicitur firmamentum propter firmitatē, quia firmiter, & stabiliter terminat aquas, quæ sunt super ipsum, vt non transgrediantur ipsum. Addit tamen, quâd dato, quâd non moueretur, possent sidera circumuo-

lui. Deinde cum dicit: { Post hoc. } querit aliam quæstionem, quare infactione firmamētū non est dictum: Vedit Deus, quâd esset bonum, sicut dictum est in operibus aliorum dierum. Et respondeat, quâd mysterio hoc factum est. quia binarius est principium alteritatis, & signum diuisionis. Tunc lequitur illa pars: { Sequitur: Dixit vero Deus. } In qua agit de opere tertiae diei. Circa quod tria facit, quia primo ait: quâd tertia die congregatæ sunt aquæ, & apparuit arida, & quâd lux magis potuit illuminare aerem tunc purificatum, & quâd illo eodem die terra produxit herbam virarentem, &c. Secundo mouet quandam quæstionem, vbi congregatæ sunt aquæ in locum unum. Et soluit, q̄ sunt congregatæ in cōcauitatibus terræ addens: quâd aquæ primo fuerunt ratios, postea inspissatae tenuerunt minorem locum, vt possent in illis cōcauitatibꝫ recipi. Tertio querit cum multa sint maria, & flumina, quomodo dicuntur congregatæ aquæ in unum locum. Et soluit, quâd in unum locum congregatæ sunt, quia omnia coniunguntur magno mari, & multa sunt propter multifidos, & multifarios sinus, quia nō omnia maria, nec omnia flumina habent unum sinus, siue unum locum, in quo sunt recepta. Deinde cum dicit: { Sequitur: Dixit Deus. } Vbi agit de opere quartæ diei. Circa quod tria facit, quia primo agit de fatione luminarium cœlestium, cum dixit Deus: Fiat luminaria de firmamento cœli. Secundo distinguit de fatione rerū, quia in primo trinario fuerunt res dispositæ, i. distinctæ, quia primò fuit distincta lux à tenebris. Secundo cœlum sidereum ab alijs cœlis: Tertio vero fuerunt distincta elementa, alij tres dies fuerunt appositi ad ornamenta rerum, quia quarta die fuit ornatum cœlum sideribus. Quinta die fuit ornata aqua piscibus, & aer aubibus. Sexta die fuit ornata terra. Tertio, his præmissis, determinat de ornamentis cœli. Secunda ibi: { In præcedenti triduo. } Tertia ibi: { Quia igitur cœlum. } Duæ primæ partes patent. Tertia diuiditur in partes duas: quia primo querit, quare facta sunt sidera. Secundo querit quomodo intelligendum sit, q̄ sint sidera, in signa, tempora, dies, & annos ibi: { Quod autem subditur, & sint in signa. } Littera patet.

Q V Æ S T I O I.

De operibus trium dierum.



VONIAM Magister in hac Distinctione agit de operibus trium dierum. Videlicet de Firmamento, quod fuit factum secunda die: De congregatiōne aquarum: Et de graminibus terræ, quæ fuerunt facta tertia die: Et de luminariis cœli, quæ fuerunt facta quarta die: ideo de omnibus his queremus.

Quantum autem ad firmamentum queremus

Binarius diuisionis prima cipium.

Cœli figura.

Firmamen-
tū unde sic
dium.

mus quatuor. Primo de aquis, q̄ sunt super Firmamentum, quæ est prima quæstio mota in littera: Cuius naturæ sint illæ aquæ. Secundo quæ remus de ipsa natura firmamenti. Vtrū sit eiusdem naturæ cum istis elementis, quæ quæstio etiam in littera tangitur. Tertio etiam quæremus de motu firmamēti. Quarto de ordine eius ad alios cœlos.

ARTIC. I.

*An vera aquæ sint super cœlos,
quaesint eiusdem speciei cum
nostris.*

Conclusio est negativa.

Aegid. in Hexam. p. 2. cap. 13. & 14. D. Tho. 1. p. q. 68. art. 2. Et in Quol. 4. art. 4. Item 2 fenten. d. 14. art. 1. Alex. de Ales p. 2. q. 50. D. Bonau. d. 14. art. 1. q. 1. Ric. d. 14. q. 1. Bield 14 q. 1. Dur. d. 14. q. 1. Brul. d. 14. q. 1. Voril. d. 14. q. 1.



D primum sic proceditur. Videtur, quod verae aquæ sint super cœlos. Sic enim in littera dicitur: Fiat firmamentum in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis, quod exponens Magister in littera dicit, quod firmamentum est cœlum sidereum, quod diuidit aquas, quæ sunt supra ipsum, & istas aquas inferiores. Sed istæ aquæ inferiores sunt vetæ elementales, ergo & illæ superiores sunt elementales.

Præterea videtur, quod aquæ diluvij fuerint de illis aquis superioribus, iuxta illud Gene. 7. Cataractæ cœli apertæ sunt, & facta est pluia super tetram 40. Diebus. Sed ex apertione catharactarū cœli non poterat fieri pluvia, nisi de aquis, quæ sunt supra cœlum: sed aqua pluviæ diluvij fuit eiusdem naturæ cū istis aquis, ergo &c.

Tomo 1. Præterea secundum Aug. 2. super Gene. maior est huiusmodi scripturæ auctoritas, q̄ tonus humani ingenij perspicacitas. Sed ita dicit Scriptura Gene. quod aquæ sunt supra cœlum diuise per firmamentum ab aquis inferioribus. Sed cum Scriptura sacra non distinguat inter aquas istas, & illas, ergo nec debemus distinguere nos, sed debemus dicere eas eē eiusdem naturæ cū istis.

I N C O N T R A R I Y M est, quia semper continens respectu cōtentis, se habet, vt quid formale ad ipsum. vt quia aer continet aquam, est formalior aqua, & ignis formalior aere, & cœlū formalius igne. Si ergo verae aquæ essent super cœlum, aquæ elementales essent formaliores cœlo, quod est inconveniens dicere.

Præterea secundum Aug. 2. super Gene. quādo verba Scripturæ sacræ possumus saluare ex his, quæ videmus in naturis rerum, non debemus ad miraculum recurrere, & quia, vt patebit in solutione principalī, sicut saluamus cœlum Empyreum, idest igneū super cœlum aqueū ita

Miraculum
quaesitum ad
mitteandū.

Quæst. I.

A possumus saluare cœlū aqueū sup cœlū sidereum, non ergo debemus ad miraculum recurrere, vt ponamus illas aquas eiusdem naturæ cum istis inferioribus, quod sine miraculo fieri nō posset.

RESOLVITO.

Aquæ sunt super cœlos non spirituales, sed corporæ, non eiusdem speciei cū nostris, nec eiusdem rationis, nisi quantum ad materiam, non autem quantum ad formam.

RESPONDEO dicendum, quod hanc questionem, & multas alias in nostro Hexameron de operibus sex dierum diffusias tractauimus. Dicemus ergo, quantum ad præsens spectat, quod in hac materia, aliorum dicta quasi ad modū triplicem reducuntur. Quidam enim dixerunt ve-

B ras aquas corporales eiusdem naturæ cum istis inferioribus esse super firmamentum, cum Scriptura facia dicat: Quæst. 2. Et regis aquæ superiora eius. Alij autem sunt omnino oppositi, quod aquæ illæ supercælestes non sunt corporales, sed sunt ipsi angelii, vel angelorum populi. utrunque autem opinionē inuenimus ab Aug. narratam, siue tractatam. Nam primā, quod sunt aquæ corporales eiusdem naturæ cum ipsis inferioribus, inuenimus per tractatam ab Augu. 2. super Gene. Aliam vero, quod illæ aquæ sunt spirituales, inuenimus narratam ab Augu. 13. Confess. qui ait: Sunt autem aliæ aquæ super hoc firmamento, credo immortales, & a terrena corruptione semotæ. De quibus aquis idem Aug. ibidem ait: Laudent nomen tuum, laudent te supercælestes populi angelorum, ait etiam de illis aquis ibidē: Vident enim faciem tuam semper, & ibi legunt sine labijs, quid velit aeterna voluntas tua. Videatur ergo velle, quod angelorum populi, & aquæ spirituales sint illæ aquæ. Est aut & tertius modus dicendi, q̄ illæ aquæ secundum sensum litteralem sunt corporales, sed non sunt eiusdem naturæ cum istis inferioribus, nisi dicantur eiusdem naturæ quantum ad materiam, non autem quantum ad speciem, vel quantum ad formam. Secundum quem modum loquitur Aug. 2. super Gene. Ex ista materia corporali factum est cœlum, cuius multum distat species a terrenis.

Propter primum sciendum, q̄ ponentes veræ aquas corporales esse super cœlum eiusdem naturæ cum istis inferioribus, tripliciter mouentur. Primo ex aquarum tenuitate. Secundo ex earum frigiditate. Tertio ex similitudine, quam habet cœlum ad hominem hic inferius existentem.

D Prima via sic patet: dicit enim Augu. 2. super Gene. narrans aliquorum opinionem, q̄ cū corpus sit divisibile in infinitum; cum videamus aquas vaporabiles ita tenues esse, q̄ ascendunt supra aerem, & faciunt pluiam, quare non possemus dicere etiam naturaliter ita tenues posse fieri aquas, cum quodlibet corpus sit divisibile in infinitū, q̄ etiam naturaliter possent esse supra cœlū. ex ipsa ergo tenuitate aquarū, q̄a possunt fieri tenues in infinitū: arguunt aquas eiusdem naturæ cum istis posse esse supra cœlum.

Secun-

Hexamer-
on ante
hunc libri.

* Aquæ suæ
periores
quot modis
sunt pos-
sunt.
Psal. 102.

Opinio Do-
ctoris.

Saturni frigidae vnde nascatur,

Secunda via ad hoc idem sumitur ex frigiditate aquarum. Dicemus enim stellam, quam vocamus Saturnum, esse frigidæ naturæ, cum ergo Saturnus secundum se deberet magnam caliditatem generate in ipsis inferioribus propter suum rapidum, & velocem motum, videtur ipsis, quod sit frigidus, & hoc sit propter aquas, quas habet super ipsum infrigidantes eum.

Tertia via sumitur ex similitudine, quam habet cœlum ad hominem. Nam cum homo factus sit minor mundus, & dicatur habere similitudinem ad cœlum, & in superiori parte hominis sit cerebrum, quod est naturæ frigidæ, & videamus ipsum esse supra cor, quod est naturæ calidæ: sic etiam erit in cœlo, ut aquæ naturæ frigidis tegantur superiora cœli. Sed istud stare non potest, quia, ut supra tertimus per August. 2, super Gene. Nos conuenit secundum scripturas diuinæ quartæ, quemadmodum Deus instituerit naturas rerum, nō q[uod] in eis, vel ex eis ad miraculum potentia sua velit operari. Debemus ergo scripturas sacras, quas possumus exponere, ad id applicare: prout sunt naturæ rerum institutæ. Non ergo debemus ad miracula cœfugere, ubi possumus miracula euitate. Ratones autem superius adductæ de tenuitate, & frigiditate aquarum, & de similitudine hominis, vel non concludunt, vel magis ad propositum non faciunt, ut in sequenti vicerius patebit.

Secundus etiam modus dicendi est, quod firmamentum factum est inter aquas superiores spirituales, id est angelos: & inferiores corporales, id est aquas istas. Sed secundum litteralem sensum stare non potest. Nam sicut in alijs, quæ exponuntur de angelis, semper damus aliquod corpus: sic & si per aquas superiores volumus intelligere angelos, oportet nos ponere aquas illas esse aliquod corpus. Nam & per lucem primo factam possumus intelligere angelos conuersos, nihilominus illa lux fuit quoddam corpus lucidum, & per cœlum Empyreum primo factum possumus intelligere angelos: nihilominus cœlum Empyreum est quoddam corpus. Sic, & si per illas aquas superiores volumus intelligere angelos, hoc tamen non obstante illæ aquæ superiores sunt quoddam corpus. Quod autem dicebatur de August. 13. Confess. quod aquæ ille superiores sunt angelorum populi; Dicemus, quod i p[ro]femet Augustinus ne ex hoc aliqui sumerent materiam errandi credentes illas aquas superiores esse solum spirituales substantias, & non esse aliquod corpus in secundo libro Retractionum retrahat p[re]fata sententiam dicens: Quod dixi firmamentum factum inter spirituales aquas superiores, & corporales inferiores, non satis considerat[em] dicitum est. Dicit ergo se in exponendo p[re]fata non fuisse considerat[em] locutum, sed incon siderat[em]. Non quia per aquas superiores non possumus intelligere angelos, sed forte ne aliquis erraret credens illas aquas non esse corporales, sed spirituales tantum.

Scriptura sa
cerdotum studium
quale.Augu. 2. lib.
retractatio-
num.

A Tertius autem modus dicendi, quod ille aquæ secundum litteralem sensum sunt corporales, sed non sunt eiusdem naturæ cum ipsis aquis inferioribus, magis concordat veritati. Est enim consonus scripturæ sacrae, & concordat cum his, quæ videmus ad sensum: Dicemus quidem, quod sicut in agibilibus Deus non dat nobis omnia parata, sed multoties in sudore vultus nostri vescimur pane nostro: sic & in speculabilibus non dat nobis omnia parata, sed per ea, quæ inuenimus in Scriptura sacra, & a Sanctis Doctoribus, & a peritis Gentilibus, & quod scimus ex nostro superaddere, oportet cum multo labore, & pena inuestigate veritatem. A peritis Gentilibus, & potissimum ab Alio: onomis inuenimus, & ad sensum patet, nā si quis vellet p[ro] instrumenta Astronomica laborare, inueniret, quod supra cœlum sidereum, quod dictum est firmamentum, est aliud cœlum revoluens ipsum. Nam, ut supra dicebamus, quodlibet cœlum, quod mouetur diuersis motibus, habet aliquod cœlum, supra se revoluens ipsum. nam si unum elementum non habet nisi unum motum proprium, multo magis unum & idem cœlum, quod est magis unicum, & simplex, non habebit nisi unum motum proprium.

C Si ergo videmus aliquod cœlum moueri duobus motibus, cum ex se non habeat nisi unum motum proprium, ab aliquo alio cœlo, ut supra tertimus, habet illum alium motum, sed non a cœlo inferiori, quia cœlum inferioris non est aptum natum revoluere cœlum superius: ergo hoc habebit a superiori cœlo. & quia compertum est cœlum sidereum moueri duobus motibus: Vno a oriente in occidens super polos mundi: Alio conuerso ab occidente in orientem super polos Zodiaci, oportet super cœlum sidereum, quod est firmamentum, esse aliquod aliud cœlum mobile mouens, & revoluens ipsum firmamentum, sed cuius naturæ sit illud cœlum, quod revoluit firmamentum, utrum sit totum diaphanum, aut totum lucidum, aut partim sic, & partim sic: omnes rationes nostræ ortæ ex sensibilibus, & quicquid sciuerunt dicere Philosophi proprio capite motu nō valent a iqd; possemus sottè aliqd probabilitatis dicere, sed nihil cogi inueniremus in talibus. Deus ergo nolēs nos dimittere in ignorantia nostra, aliqd p[ro] Scripturâ sacrâ dignatus est nobis aperire de conditionibus illius cœli, cū dixit: Fiat firmamentum in medio aquarum, & dividant aquas, quæ sunt supra firmamentum ab alijs aquis. Si ergo super firmamentum, id est, super cœlum sidereum sunt aquæ, oportet nos ponere cœlum illud, quod per instrumenta Astronomica inuentum est esse super cœlum sidereum, & quod habeat alias conditions de conditionibus aquarum. quia aliter non esset vocatum aquæ, sed non videmus in ipsis aquis aliq[ue] conditio[n]em, in qua conueniant cū corpore perpetuo, nisi dyaphaneitatem, quia ut haber. 2. de aia. c. de lucido. Aer & aqua conueniunt in corpore perpetuo, id est cū corpore cœlesti in dyaphaneitate, erit ergo illud cœlum aquæ: vel est totum aquæ: quia totum

Cœlum su
perfirmamen
tum.

Text. 62.

totum est dyaphanum. Illud ergo cœlum non est diœnum aquæ, vel aqueum a frigiditate, sed a dyaphaneitate, nam frigiditas cum sit forma habens contrarium, formaliter in cœlo poni non potest. Effectiū enim possunt corpora supercœlestia poni calida, vel frigida: sed non formaliter: cum omnis contrarietas ab ipsis formaliter sit exclusa.

Dub. I. Lateralis.

An rationes aliorum de aquis super cœlos solui possint.

Conclusio est affirmativa.

Aegid. locis supra citatis, & in c. 15. 16.



L T E R I V S circa hoc forte dubitaret aliquis quomodo solvuntur rationes illæ: per quas arguebatur, aquas corporales eiusdem naturæ cum aquis istis esse supra firmamentum. Dicendum: quod cum ad hoc adduceretur triplex ratio, vna ex tenuitate aquarum: alia ex frigiditate: alia ex similitudine cerebri humani. omnes præfatae tres rationes nihil ad propositum concludunt, sed prima ex eis est impossibilis. Secunda oppositum arguit. Tertia propositum non concludit. Nam cum dicitur: Si possunt aquæ tenues hic fieri, vt ascendant super aerem: cum possint in infinitum semper fieri magis tenues: quia corpus est diuisibile in infinitum ergo. Respondetur, qd diuisio corporis naturalis non vadit in infinitum, posset enim sic modicum accipi de aqua, vel de vino: quod si acciperetur minus, non remaneret ibi species aquæ, nec species vini. Dato tamen, quod possent fieri sic tenues aquæ, possent immisceri aeri. sed non possent transire sphærā ignis: quia essent tantæ debilitatis: quod statim corrumpentur ab igne & multo magis non possent transire ipsos cœlos. de quibus dicitur in Job: Solidissimi sunt quasi ære fusi sine. Insuper posito quod ibi possent esse tales aquæ: omnino essent inutiles: quia cum essent tantæ raritatis, & tantæ debilitatis: non possent reuoluere firmamentum. sed, ut patet per habita, cogimur ponere super firmamentum aliquod corpus tantæ soliditatis, & tantæ virtutis, quod reuoluat ipsum. ideo Magister in littera loquens de huiusmodi cœlo aquæ, dicit ipsum esse aqueū non tenuitate vaporabili: sed soliditate glaciali, vel crystallina. qd verba inniuntur verbis Sanctorum dicentiū, dicētum cœlum esse crystallinum, sed siue illud cœlum vocetur aqueum, siue glacie, siue crystallinum, non sortietur hæc nomina a frigiditate, sed a dyaphaneitate. Omnia enim præfata tria nomina, quantum ad propositum spectat, vnum & idem significant. nam ex aqua fit glacies: & glacies diu manens talis in Alpibus propter continuum frigus conuertitur in lapidem:

Cœlo aquæ,
vel crystallinum unde
sic dicitur.

A & sit inde crystallus. Est ergo prima ratio impossibilis: quod aquæ propter sui tenuitatem transcendat cœlum: vel, quod sint ibi inutiliter supra cœlum. Secunda vero ratio de frigiditate arguit oppositum: quia aquæ tenues sunt aquæ calefactæ: & ideo propter caliditatem vel propter calorem incorporatu vaporibus aqueis: vapores aquei ascendunt super aerem usque ad medium interstitium: vbi est continuum frigus. Ibi enim sunt inde nubes: & ibi vapores illi infrigidati faciunt pluiam, & descendunt. Si ergo aquæ sic tenues tenerent se super firmamentum, essent calidæ: immo essent valde calidæ, vt in tam eminenti loco possent persistere. Saturnus ergo propter illas aquas sic calidas non infrigidaret nos, sed potius calefaceret. Tertia autem ratio de cerebro hominis non est ad propositum: quia in ipso uniuerso partes collocatae sunt secundum dignitatem, vt cœlestia, & incorruptibilia sunt super quatuor elementa, quæ sunt corruptibilia: nec sunt eiusdem naturæ cū eis. Propter qd aquæ illæ supercœlestes non sunt eiusdem naturæ cum illis elementalibus. Ipsa et elementa secundum, qd sunt magis, & minus digna habent magis & minus sublimem locū, vel magis & minus infimum; sed in mixto, vt in homine: vel in quounque animali ordinantur partes secundum exigentiam complexionis mixtae. Embrio enim, de quo fit animal, generatur ex sanguine, & statim in principio apparent ibi quae tres particulae sanguinis, & de sanguine magis fleumatico fit cerebrum, vt possit magis defervire operibus sensitivis. Ex sanguine autem magis calido, & in flammato fit hepatis, vt possit magis defervire operibus nutritiis. Ex sanguine vero magis puro fit cor, vt possit magis defervire operibus vitalibus. Ex illis itaque tribus particulis sanguinis, vna magis fleumatica: alia inflammatæ, & alia magis pura, quæ apparent in principio embrionis, sunt illa tria membra: cerebrum, hepatis, & cor. sed hoc est, quia sic requirit complexio hominis, vel alterius animalis. Vel le ergo ex hoc arguere de partibus uniuersi: vbi fit ordinatio secundum maiorem, & minorem dignitatem, non est ad propositum.

Embrionis
tres part ex.
ijs, & qd pnt
in ipso for-
metur, vide
Noct. in De
formatione
corporis hu-
mani. ca. 14.
diffuse hoc
declaratum,
& vide iusta
dist. 13. q. 2.
autem.

C magis calido, & in flammato fit hepatis, vt possit magis defervire operibus nutritiis. Ex sanguine vero magis puro fit cor, vt possit magis defervire operibus vitalibus. Ex illis itaque tribus particulis sanguinis, vna magis fleumatica: alia inflammatæ, & alia magis pura, quæ apparent in principio embrionis, sunt illa tria membra: cerebrum, hepatis, & cor. sed hoc est, quia sic requirit complexio hominis, vel alterius animalis. Vel le ergo ex hoc arguere de partibus uniuersi: vbi fit ordinatio secundum maiorem, & minorem dignitatem, non est ad propositum.

Dub. II. Lateralis.

An firmamentum diuidens aquas

ab aquis mysticè possit sumi

pro medio aeris interstitio.

Conclusio est affirmativa.

Aegid. locis supra citatis, & c. 17. 18.



L T E R I V S forte dubitaret aliquis: utrum Firmamentum, qd diuidit aquas ab aquis, possit accipi pro medio interstitio aeris; Dicendum, quod August. 2. Tomos, super Gen. multum vñ istam opinionem commendare, qd firmamentum accipia-

tur

Artic.

II.

591

*Aer pro cœo
10. Matt. 13.
Matt. 16. Lu
cz 12.*

tur pro ipso aere, vel pro ipso medio interstitio aeris, quod dividit inter aquas in nubibus existentes, & aquas inferius permanentes. Nam secundum ipsum non solum communis sermone aer vocatur cœlum, sed etiam ipse Dominus suo sermone vocavit aerem cœlum, cum dixit; *Vocatrices cœli comedenterunt illud. Rursus vocavit, ut dicit Augustinus, aerem cœlum, cum loquens de nubibus dixit: Faciem cœli, noscis iudicare.*

*Litteralis expositio
debet concordare cū
textu, non litteralis nō
oportet.*

Si ergo firmamentum illud vocatum est cœlum, quod dividit aquas ab aquis, & aer possit vocari cœlum, & dividat aquas ab aquis, videt, quod firmamentum possit dici aer, vel interstitium illud aeris, quod sic dividit inter aquas in nubibus, & aquas hic inferius. Sciendum ergo, quod Scriptura sacra licet possit adaptari multis expositionibus, tempore tamen una illarum est magis litteralis: ut illa, quæ magis concordat cum omnibus verbis istius textus. Nam expositio non litteralis non oportet, quod concordet cum toto textu, sed sufficiat aliqua esse in textu, quæ possimus adaptare ad expositionem illam, cum ergo in littera habeatur: *Fiant luminaria in firmamento cœli,* & cum ibi habeatur, quod Deus fecit stellas, & posuit eas in firmamento cœli, oportet, quod firmamentum cœli dividens aquas ab aquis sit cœlum, ybi sunt stellæ, quod vocamus cœlum sidereum. Si ergo alias adaptationes volumus facere, possumus. Sed ista videtur magis litteralis,

R E S P. A D A R G. A R T. I.

AD primum dicendum, quod secundum Augu. Scriptura sacra etiam parvulis congruens nullius generis verba vitauit. Vnde in scriptura sacra: *Et agnus predicat, & elephas natat.* Quædam enim verba familiaria profert scriptura sacra, quæ laici quasi agni simplices intelligunt etiam non eleuati a terra, sed pedicantes, & se tenentes in terra, & sub illis verbis familiaribus latet tanta mysteria: ut elephantes idest magni, & subtile clerici natent, & non possint ibi fundum attingere. Scriptura ergo sacra illud cœlum Crystallinum vocat aquas, ut simplices, & grossi possent de eo aliquem intellectum habere, videlicet, quod habeat aliquam similitudinem cum ipsis aquis, ut quia est dyaphanum, ut sunt istæ aquæ. Tamen non oportet ex hoc, quod per omnia assimiletur ipsis aquis, & quia non est formaliter frigidum, sicut sunt istæ aquæ, non est eiudem naturæ cum eis.

*Cataractæ cœli quo-
modo aperte sunt.*

Ad secundum dicendum, quod cum dicitur, quod cataractæ cœli aperte sunt, ibi cœlum potest stare pro aere, & cataractæ pro nubibus. Tanta enim fuit tunc inundantia aquarum, & ita nubes se aperiebant, & immitebant aquam, quod videbantur illæ nubes cœli, id est illæ cataractæ aeris omnino aperte propter tantam emissionem aquarum. Et ista videtur expositio magis litteralis, quod non ex aquis supra firmamentum fieret illa pluvia, quod esse nō posset: sed ex aquis

A in nubibus eleuatis, ex quibz videmus fieri pluviam. Sed si vellemus cataractas cœli vocare corpora supercœlestia, diceremus cataractas cœli esse signa, vel sidera, quæ habent efficere pluvias. Cataractæ ergo cœli id est signa, vel sidera, vel planetæ, quorum est facere pluviam, ita fuerunt tunc congregata, & tantam pluviam fecerunt, quod visæ sunt cataractæ aperte, cum ex eis tanta pluvia causaretur, & tanta descenderet.

Ad tertium dicendum, quod bene patitur Scriptura sacra, quantæcumque auctoritatis existat, quod exponatur. Vnde ille idem August, qui dicit tantæ auctoritatis esse Scripturam sanctam ait: *Quocunque modo ibi, id est super firmamentum sunt aquæ, ibi tamen eas esse non dubitamus.* In textu ergo Scripturæ sacræ non dicitur, quales sunt ille aquæ, sed dicitur ibi esse aquas. Non autem debemus ad miraculum recurrere, vbi secundum naturas institutas possumus Scripturam sacram exponere. Dicemus ergo tales esse illas aquas, quales possunt esse supra cœlum, & ideo cum nullæ res corporales possint esse supra cœlum secundum naturas institutas, nisi sint naturæ cœlestis, erunt illæ aquæ naturæ cœlestis.

A R T I C. II.

C An Firmamentum cum elementis eiusdem sit natura.
Conclusio est negativa.

D. Tho. 2. sent. d. 14. art. 2. D. Bonau. d. 14. art. 1. q. 2. Ric. d. 14. q. 3. Landol. d. 14. q. 1. Gott. d. 14. q. 1. Ioan. Gand. 1. cœli q. 12.



E C V N D O queritur: Vtrum firmamentum sit eiusdem naturæ cum ipsis elementis. Et videtur, quod sit naturæ aqueæ, quia Magister in littera dicit, quod cœlum, vbi fixa sunt sidera est factum de aquis, sed quod est tale, est naturæ aqueæ, & est eiusdem naturæ cum ipsis elementis, ergo &c.

Præterea Augu. 2. super Gene. ait, quod super aërem purus ignis dicitur esse cœlum. Vnde etiam sidera, atque luminaria facta coniectant, & ut dicit Magister in littera: iste Augu. consentit huic opinioni, quod firmamentum sit naturæ ignæ, & quod stellæ factæ sint de igne.

Præterea inconveniens videtur, quod de præstigiis elementis non fiat specialis mentio in littera Gene. sed ibi sit mentio de terra, de aqua, & de abyso, quæ fuit aer inuolutus aquis de cœlo, & de firmamento: oportet ergo, quod ignis, quod est nobilissimum elementorum, intelligatur per aliquod istorum: sed non per cœlum, quia per illud intelligitur cœlum Empyreum, nec

nec per alia elementa, intelligitur ergo per firmamentum.

Præterea semper agens assimilat sibi pafsum, sed videntur aliqua corpora supercælestia calefacere, ergo ipsa sunt calida, sed omne calidum aut est ignis, aut participat naturam ignis, cum esse primum calidum competat igni, ergo &c.

Præterea esse corpus subtilissimum dicitur competere igni, sed quod per superabundantiam dicitur, vni fisi conuenit, vt potest habegi ex 10. Metaph. ergo quicquid erit corpus subtilissimum, vel erit ignis, vel participabit naturam ignis, sed cœlum est corpus subtilissimum, ergo &c.

IN CONTRARIUM est: quia cœlum à Philosophis appellatur quinta essentia per differentiam à quatuor essentijs quatuor elementorum, ergo non est de natura, nec de essentia alicuius quatuor elementorum.

Præterea quodlibet quatuor elementorum est corruptibile; cœlum autem est incorruptibile, sed corruptibile, & incorruptibile differunt genere, vt vult Philosophus in 10. ergo cœlum non solum non est de natura alicuius elementorum, sed differt genere à qualibet eorum.

Arist. t. cop. 86. &c.

Arist. 10.
Met. t. c. 6.

R E S O L V T I O

Cœlum aqueum eiusdem rationis cum his inferioribus non nisi secundum quid, materialiter, & analogice: hoc est: diaphaneitate, & claritate.

Cœli natura
apud pri nos
Philosophos

RESpondeo dicendum, quod de natura cœli multi multipliciter sunt locuti. Nam & primi Philosophantes omnia corpora posuerunt eiusdem naturæ, & secundum quod variabantur loquendo de principijs, sic variabantur loquendo de principiatis. Nam aliqui principium omnium posuerunt aerem, & ex illo faciebât omnia alia: Alij ignem: Alij athemos, id est corpora quælam indiuisibilia. Cuius opinionis fuit Demoçritus, cui fuit curæ de omnibus disserere. Nam per alios, & alios athemos, vel per eosdem athemos aliter, & aliter dispositos reddebat rationem de omnibus. Empedorles autem posuit sex principia rerum, quatuor elementa, & item, & amicitiam. Quando ergo quatuor elementa amicabantur in compositione alicuius rei siebat generatio illius rei: quando autem per litè se separabant, siebat corruptio eius. Cœlum autem dixit incorruptibile, quia in compositione eius non interuenierat lis, per quam posset corrupti. Posuit ergo cœlum compositionem ex quatuor elementis sine lite. Omnes ergo primi Philosophantes posuerunt cœlum de natura elementorum. Philosophus autem dixit ipsum esse alterius naturæ ab istis elementis, Nam cum omnia, quæ sunt hic inferius, sint elementa, vel mixta ex quatuor elementorum, vel

Arist. lib. 1.
cœli.

Quæst. I.

A ex aliquibus eorum, sicut sunt ea, de quibus determinatur in Meteoris, vt nubes, pluviae, venti, & talia omnia ista, vel sunt grauia, vel levia, ipsa etiam mixta, quæ sunt composita ex omnibus elementis, sortiuntur locum ab aliquo elemen- to, quia secundum quantitatem molis dominatur in eis: cœlum ergo cum secundum Philosophum in primo cœli, & mundi, non sit graue, neque leue, non est de natura alicuius istorum. Sed sicut dissenserunt inter se Philosophi ipsi, ita & Sancti videntur inter se de hoc discrepare, quia Dionysi, 4. de Diui, nomi. loquens de substantia cœli ait, quod non est augmentabilis, non est minorabilis, sed est inua- riabilis, & concordat cum Philosopho dicente, cœlum non suscipere peregrinas impre- siones, propter quod secundum materiam est se- motum ab omnibus istis. Augustinus vero vi- detur magis sequi Platonem, vel alios Philosophos, quam Aristotelem, videtur enim consentire illi opinioni, quod de igne facta sint lumi- na cœli, vt habetur in littera. Ut ergo inter tot diuersitates aliquam veritatem conferamus; Di- cemus cœlum esse eiusdem naturæ cum istis in- ferioribus; potest intelligi tripliciter. Aut se- cundum quid, & materialiter: Aut per aliquam assimilationem, vel analogiam: Aut simpliciter, & formaliter. Si intelligatur secundum quid, & materialiter, postumus concedere sic esse. Nam materia cœli si esset absoluta ab omni for- ma esset eadem: vel non haberet per quid dif- ferret ab ista materia, sicut pbauius supra per Augustinum, quod cœlum habet eandem mate- riam cum istis terrenis, sed specie longe distat ab eis. Hoc ergo modo potest dici cœlum factum ex aqua, quia materia illa in formis, de qua facta sunt omnia in scripturis vocata est aqua. Mate- ria enim est penitus in formis, secundum quem modum est eadem in coelo, & in istis inferioribus, potest dici aqua, quia sicut in huiusmodi mate- ria est aptitudo ad recipiendum formas, sic in a- quis est aptitudo ad recipiendum imagines facie- rum, & aliquarum formarum. Ipsa etiam Scriptura sacra corpora cœlestia vocat aquas.

D Secundo potest intelligi cœlum esse eiusdem nature cum istis inferioribus per quandam assi- milationem, & analogiam, & hoc esse non po- terit nisi in duobus, in dyaphaneitate, & clarita- te. secundum hoc ergo poterit conuenire cum igne quantum ad luciditatem: & cum aqua, quâ- tum ad dyaphaneitatem, habet enim cœlum suas stellas cadentes, vt quando vapores seci a- scendunt usque ad locum, quod attingit calor ignis, succenduntur, & videntur esse stellæ cadentes. Di- eta ergo Sanctorum non sunt ad prauum sensum adaptanda, nec calumniose improbanda, sed ad bonum intellectum reducenda, & pie in- terpretanda. Ipsi ergo cœli quantum ad dyaphaneitatem possunt dici esse facti de aqua, qd secundum dyaphaneitatem habent quandam analogiam, & quandam assimilationem cum aqua, propter luciditatem possunt dici facti ex igne,

Cœlum est
eiusdem na-
turæ cum
istis inter o-
ris, ut ipso
dictum
gatur.

Materia ap-
pellat aqua
idem supra
d. 12. in 6.
dub. littera-
li intelli-
gitur.

Autorita-
tes Sancto-
rum sunt pie
interpretan-
dx.

igne, vel possunt dici igne, quia in hoc concordant cum igne.

Tertio verò si dicatur cælum eiusdem naturæ cum ipsis simpliciter, & formaliter: nullo modo stare potest hoc, nec etiam quantum ad formam, ut est principium motus. Nam aliqua sunt grauia, & mouentur ad medium: & aliqua levia, & mouentur à medio, aliqua neutra, neque grauia, neque levia, & mouentur circa medium. omnia autem hæc inferiora, vel sunt grauia, & mouentur ad medium: vel sunt levia, & mouentur à medio. Cælum autem longè distat secundum natum ab eis, nam nec est graue, nec est leue, nec ad medium, nec a medio mouetur, sed circa mediū, quæ omnia habent declarari in primo cœli, & mundi.

R E S P. A D A R G. Ad primum dicendum, quod firmamentum dicitur esse factum ex aquis ratione illius informis materiae: ex qua facta sunt oīa, & hoc modo diuidit inter aquas, & aquas, quia diuidit inter cælum aqueum, quod est supra ipsum, & istas aquas inferiores, quæ sunt ab ipso. Vel diuidit inter aquas, & aquas, quia diuidit inter cælum aqueum, quod est supra ipsum, & primum mobile, & sphæras Planetarum, quæ sunt sub ipso. Omnes enim planetæ sunt sub cælo sidereo, quod dicitur firmamentum: sphæræ ergo Planetarum, quæ sunt sub firmamento, possunt dici aquæ ratione dyaphaneitatis, & ipsum cælum aqueum, quod est supra firmamentum, potest dici aquæ propter dyaphaneitatem. Firmamentum ergo modo, quo diximus, est inter aquas, & aquas. Ipsum ergo firmamentum quatum ad dyaphaneitatem non debet dici aquæ, quia non est dyaphanum, nec transparens, sicut sunt sphæræ Planetarum, & cælum aqueum: inter quæ situatum est firmamentum. Si autem dictum firmamentum potest dici aquæ: hoc erit solum ratione materiae: prout factum est de illa materia, quæ, ut informis, in scripturis vocata est aqua.

Ad secundum de August. dici potest, quod luminaria cœli facta sunt de igne, & cælum dicitur naturæ igneæ, non à calore, sed à splendore, cum in splendore habeat aliquam assimilationem ad ignem, ut ad ignem, qui est carbo. quia sunt aliquæ Stellæ rubeæ cadentes, quasi, ut ignis carbo. Cuiusmodi est planeta ille, qui dicitur Mars, qui totus videtur igneus. Vel est ista similitudo ab igne, qui est flamma, sicut sunt quædam Stellæ claræ, quæ videntur lucentes, quasi quædam flammae. Vel erit ista similitudo quantum ad ignem in sphera sua: ubi est dyaphanus, & transparens, & sic poterit esse similitudo cœli ad ignem quantum ad suas partes dyaphanas, & transparentes.

Ad tertium dicendum, quod de nobilissimo elemento, ut est de igne, non fit mentio in Genes. sub propria forma, quia Moyses loquens populo rudi, qui de igne in sua sphæra, ubi est purum elementum, non poterat habere sufficientem.

Grauia, & levia quæ moventur.

Firmamen tū quo factū ex aquis.

Firmamen tū quo diuidat aquas ab aquis.

Luminaria quæ dicuntur facta ex igne.

Ignotum est
cur non sit sub proprio nomine in Genes.

A tem cognitionem: ideo subiicit, nec sub proprio nomine locutus est de ipso. sic etiam non est locutus de aere, quia aer est inuisibilis, & inpalpabilis. sed Rabbi Moyses, vult quod de omnibus elementis locutus sit Moyses, quia locutus est de terra, & aqua, quæ sunt elementa grauia. Locutus est de aere, cum dixit: Spiritus Domini ferebatur super aquas, quia aer potest dici spiritus, qui naturaliter est super aquas. Locutus est etiam de igne cum dixit: Quod tenebræ erant super faciem abyssi. Nam abyssus tū significabat aerem admixtum aquis: super cuius faciem, vel in cuius superficie erant tenebrae, id est erat ignis, qui potest dici tenebra, quia in sua sphæra non lucet. Quod autem dicit Rabbi Moyses de tenebris, & de igne placet nobis. Nam & nos superius dicebamus, quod per tenebras super faciem abyssi poterat intelligi sphæra ignis. Quod verò dicit de spiritu Domini, quod possit per hoc intelligi aer, nullo modo placet. Nam licet aer possit dici spiritus, tamen quando additur ibi Dominus, quia per hoc significatur Spiritus sanctus, secundum litteralem sensum non est exponendum de aere.

B Idem supra d. 13. art. 1.

Ad quartum dicendum, quod semper agens assimilat sibi passum. Sed ista similitudo non est semper vniuoca: vt si corpora celestia calefaciunt ista inferiora, quod sit vniuocè calor in his, & in illis. Dionysius enim 2. capite de diuin. nomin. vult, quod quæ sunt causatorum, abundantanter, & substantialiter praesunt causis. & in eodem etiam capite vult, quod non est diligens comparatio de causatis, & causis, quia habet quidem causata causarum contingentes imagines. ea ergo, quæ sunt causatorum, abundantanter insunt causis, quia cause aliquando habent excellenter, & abundantanter ea, quæ habent causata: vt si à corporibus supercelibus causatur calor in ipsis inferioribus, erit in ipsis calor formaliter: & in ipsis erit excellenter modo, quia erit in eis virtualiter, & non formaliter.

C Ad quintum dicendum, quod ignis est corpus nobilissimum inter elementa, & inter ea, quæ sunt in sphæra actiorum, & passiorum: & est formalius, & dignius omnibus elementis, inter quæ semper rariora sunt digniora: sed non oportet, qd ignis sit subtilior cœlo: nec est illa

Agens quo semper aliq. patet sibi passum.

D Imago secundum Ari stotelemva de dicta.

Rufus: Si diligenter inspiciamus: non semper est vniuoca comparatio causatorum ad causas. quia non semper causata sunt sufficientia ad recipiendum ea, quæ sunt causarum in tanta excellentia, in quanta habent causæ. sed recipiunt ex causis quædam imagines. imago enim secundum Philosophum in Topicis ab imitando est dicta, quasi imitago, causata ergo recipiunt aliquando à causis imagines, i. imitaciones contingentes. quia tantum recipiunt de suis causis, & in tantum imitantur eas: quantum potest eis contingere, & quantum possunt capere.

Ad sextum dicendum, quod ignis est corpus nobilissimum inter elementa, & inter ea, quæ sunt in sphæra actiorum, & passiorum: & est formalius, & dignius omnibus elementis, inter quæ semper rariora sunt digniora: sed non oportet, qd ignis sit subtilior cœlo: nec est illa

Aegid. super ij. Sent. Ggg compa-

*Stella est
dēsīor pars
sui orbis.*

comparatio inter cœlestia, quæ est inter elemen-
ta; ut sicut rariora in elementis sunt digniora: ita
in cœlestibus rariora sunt digniora, quia Stella est
spissior, & densior pars sui orbis. quare si in ele-
mentis rariora sunt digniora: in cœlestibus autē
spissiora sunt digniora, quia Stella est spissior,
& nobilior orbe.

ARTIC. III.

*An motus Firmamenti sit à sua
forma naturali.*

Conclusio est negativa.

D.Th. 2. sent. d. 14. ar. 3. D. Bon d. 14. ar. 3. q. 2. Ric.
d. 14. q. 6. Biel. d. 14. q. 1. Brulef. d. 14.
q. 5. Gott. d. 14. q. 2.



Lib. 1. tex.
c. 14.

ER T I O quæritur de motu
firmamenti; quomodo sit ille
motus.

Et videtur, quod sit per suam
formam naturalem. Et secun-
dum Philosophum in de celo,
& mundo: motus cœli est naturalis: sed illud,
quod est naturale, cum natura principaliter dic-
tatur de forma; est per formam naturalem exi-
stentem in ipso: ergo, &c.

Lib. 2. t.c.s.

Præterea: dicitur in 2. Physicorum, quod na-
tura est principiū motus, & quietis eius, in quo
est, quod ergo demus in alijs mobilibus, quod
habeant in se principium motus: ut, quod graue
habet in se formam grauis, per quam mouetur,
& non demus hoc in celo, quod habeat in se for-
mam naturalem, per quam moueatur; nō vide-
tur conueniens: ergo, &c.

Tex. c. 14.

Præterea secundum Philosophum in 8. Physi-
corum: cœlum mouetur ex se: ergo est divisibili-
le in duo: quorum unum est per se mouens, &
aliud per se motum. sed omnis talis motus est
ab anima, vel omne sic mouens est animatum,
& tunc idem, quod prius, cœlum ergo, &c.

Lib. 2. Phys.
tex. c. 2.

Præterea Philosophus dat hanc differentiam
inter naturam, & artem, quia res artificialis ex
eo, quod est talis, nullum consequitur motum,
ut arca, vel scānum, secundum quod talia, nul-
lum consequuntur motum: sed ex eo, quod sunt
quoddam lignum, vel quoddam mixtum natu-
rale, in quo dominatur elementum graue: ha-
bent suum motum. cœlum ergo ex natura, quæ
est in seipso, habebit suum motum.

IN C O N T R A R I V M est, quia cœlum
dicitur moueri ab intelligentia: ergo non moue-
tur à sua forma naturali.

Præterea opus naturæ dicitur esse opus intel-
ligentiaz, quia est opus motorum orbium: ergo
motores orbium sunt intelligentiaz,

Quæst. I.

R E S O L V T I O.

*Cœli à sua intelligentia, non autem à sua naturali
forma mouentur, nec ab anima infor-
mant, qua prediros esse haudqua-
quam affirmamus.*

R E S P O N D E O dicendum, quod forma na-
turalis cœli est illa, ex qua cum materia cœli fit
vnum secundum esse: vel ergo cœli sunt anima-
ti, vel inanimati: loquimur aut de animatione
simpliciter, non de animatione, secundū quendam
modum. Secundum hoc ergo, quod possunt di-
ci animati, vel inanimati: potest esse triplex opi-
nio de motu cœli: una, quod cœli sunt inanima-
ti, sicut sunt elementa, & moueantur à sua for-
ma naturali, sicut mouentur elementa: alia, q. cœ-
li sunt animati, sicut sunt animalia, & mouean-
tur à sua anima, sicut mouentur animalia. Tertia
opinio potest esse de motu cœli, quod cœli nō sint
animati simpliciter, nec sicut ex anima cœli, & celo
vnum fm esse, sed solum fm operationem: vt ex
hoc cœli non dicantur viuere fm quendam mo-
dum: prout motor eorum influit eis motū, qui
est quoddam opus vite. cœli ergo nō mouebūtur
à sua forma naturali simplici sicut elementa: nec
à sua anima, quæ cum materia cœli faciat vnum
secundum esse; quia cœli non habent talem ani-
mam; sed mouētur à suo motore appropriato i.,
ab intelligentia, & hæc tertia opinio est vera: pri-
mæ autem duæ sunt falsæ.

CSciendum ergo, q. si cœlum moueretur à sua
forma naturali: tria inconvenientia sequerētur.
Primo, quia esset extra suum locum naturalem.
Secundo, quia moueret se per accidens. Tertio,
quia moueret se in non tempore.

Propter primum sciendum, q. aliquo modo
possimus loqui de motu ad vbi, sicut loquimur
de motu ad formam. quia materia naturaliter
appetit formam, quia est priuata illa forma. Un-
de secundum Philosophum in 1. Phys. reprehē-
sibilis est Plato, qui despexit priuationē, quia ma-
teria appetit formam, sicut fœmina masculū, &
turpe bonum. vbi vult Comment. q. quicquid se-
mineitatis, i. quicquid defectus, & quicquid tur-
pitudinis habet materia, hoc est ex priuatione.
materia ergo non appetit formam sibi naturalē:
nisi, quia est priuata illa. Sic ergo: si cœlum moue-
retur per suam formam naturalem, esset priuata
suo loco naturali, & esset extra suum locum na-
turalem, quod est inconveniens.

Secundum inconveniens sic patet: quia si cœ-
lum moueretur à sua forma naturali, moueret se
ipseum per accidēs. nā ille, qui dedisset ei illā for-
mā, & illā naturā, moueret cœlū per se, & cœlum
cōstās tali natura, ex qua sibi cōpeteret talis mo-
tus, seipsum moueret per accidēs, sicut diximus
de grauibus, & levibus, q. mouent à ḡante essen-
tialiter, & per se, qui dedit eis formā grauis, vel le-
vis: à seip̄is verò mouent per accidēs. Quod au-
tē motus ille, qui est causa omniū aliorū motū,
sit per accidens, non videtur consonum rationi.

Tertium

*Cœli an si-
animati,*

*Cœli nō mo-
uentur à sua
forma na-
turali*

*Lib. 1. Phys.
tex. c. 21.*

Tertium inconveniens sic ostenditur. quia si A talis esset motus cœli: esset in non tempore. Dicебatur enim, quod suo modo loquendum est de motu ad vbi, sicut loquimur de motu ad formam. si enim nulla contrarietas esset in materia, quæ impediret, vel prohiberet introductionem formæ: in instanti introduceretur forma. Propter quod videmus hæc in formis intentionalibus, & in illuminatione aeris, quod sunt in instanti, quia in medio ubi recipiuntur non est contrarietas, neque repugnantia ad illa: sic, & si in medio non esset resistentia, in instanti esset graue deorsum, & leue sursum. Totum enim tempus, quod apponitur in motu grauis, vel leuis est propter impedimentum, vel propter resistentiam medij, quod si non resistet medium motui grauis, sicut non resistit multiplicatio lucis: & sicut in instanti se facit lux ab oriente in occidens, sic in instanti se faceret grauia à sursum ad deorsum: cum ergo in motu cœli nihil sit resistens, vel non moueretur graue, vel motus eius esset in non tempore.

Dub. I. Lateralis.

*An ratione mobilis in motu rei
naturalis requiratur
tempus.*

Conclusio est affirmativa.



L T E R I V S forte circa hoc dubitaret aliquis, quare in motu rei animatae, quæ est per formam suam apponitur tempus: dato, quod non esset resistentia medij in motu grauis, vel leuis: non apponetur tempus, si non esset resistentia medij.

Dicendum, quod motus animalis est contra naturam corporis mobilis, quia corpus animalium, cum dominetur ibi elementum graue: non est aptum natum moueri nisi deorsum naturaliter, cum ergo moueat ad omnem differentiam positionis: oportet, quod sit ille motus contra naturam mobilis, vel cum resistentia mobilis: ideo, si nulla ibi esset resistentia medij ad mobile, esset ibi resistentia mobilis ad motorem: propter quod non fieret talis motus in tempore, sed in motu grauis forma substantialis grauis mediante grauitate per accidens mouet ipsum graue, scindendo medium, & remouendo prohibens, quia propter nihil aliud apponitur ibi tempus, nam si non esset ibi medium prohibens in instanti graue faceret se deorsum. Forma enim grauis cum sua grauitate est ibi principium mouendi actinè, & materia grauis est ibi principium mouendi passiuè. Et quia in hoc motu nullam potest habere resistentiam materia grauis

ad suam formam: nullo modo potest apponi tempus in motu grauis, nisi ex resistentia medijs, non ex resistentia mobilis. Si ergo cœlum moueretur per suam formam naturalem, quæ dat sibi esse: oportet, quod hoc fieret per aliquam qualitatem, quam necimus nominare: sed vocamus eam neutrā, quia nec est grauitas, nec leuitas. nullus enim actus secundum Commenta, in 6. Metaph. procedit à forma substantiali, nisi mediante aliqua qualitate. Forma ergo cœli cum illa qualitate esset principium mouendi actinè: materia verò cœli, sine villa resistentia esset principium mouendi passiuè. cum ergo in motu cœli non sit resistentia medijs, si nulla esset ibi resistentia mobilis, vel non moueret cœlum in instanti: se faceret ab oriente in occidens; sicut, si non esset resistentia medijs, non moueretur graue, vel in instanti se faceret à sursum deorsum.

Sed dices, si moueretur graue sine resistentia medijs: prius esset graue in parte superiori, quam in parte media, & quam in termino motus. Dicemus, quod stultum est laborare circa impossibile, quia ad impossibile quasi sequitur quodlibet. Ad formam tamen arguendi dicemus, quod et si lux facit in toto medio, id est in instanti, tamen lux prius generatur in parte medijs propinquâ corpori lucido, & per illam in parte alia magis propinqua, & sic de alijs. sed istud prius, & posterius est origine non tempore, vel dicemus, quod est ibi mutationum successio. sed quia que libet talis mutatio sit in instanti: omnibus illis mutationibus sic se succendentibus, non duratio ne, sed causaliter: non respondet ibi nisi unum instans in tempore, nam sicut in eodem instanti sit illuminatio aeris: multiplicatio colorum, & visio: & cum illuminatio aeris sit causa multiplicationis, & multiplicatio colorum sit causa visionis: origine ergo, & causalitate iste mutations se præcedunt: sed non tempore, vel dura tione; sic origine, vel causalitate graue prius esset in una parte medijs, quam in alia, sed non dura tione, vel tempore.

Sed dices, quod impossibile est idem simul esse in diuersis locis. Dicemus, q. Aug. 11, super Genes. circa finem vult, quod prius, & posterius stent bene simul, vt prius se diffundit lux circa principiū spatij, quam circa mediū,

vel finem: & tamen tota se diffundit

simul, vel possumus dicere, q.

ista impossibilitas accidit

ex impossibilitate po

sitionis, quod

fiat mo-

tus

localis sine resistentia

mobilis, vel

medij.

Qualitas
neutra.

Astio nulla
est à forma
substantiali
immediata.

D

Tomo 3.
Prius, & po-
sterius fi-
niū state
possunt.

Dub. II. Lateralis.

*An motus cœli perpetuus esse posset,
si unum per se ex anima cœli,
Ex cœlo ipso fieret.
Conclusio est negativa.*



L T E R I V S fortè circa hoc dubitaret aliquis: Vtrum si fieret unum ex anima cœli, & cœlo secundum esse, posset moueri cœlum ab illa anima.

Dicendum, quod impossibile est, cœlum esse sic animatum, dato tamen, quod esset possibile: oporteret cœlum habere animam sensitivam, & oporteret cœlum habere virtutes organicas, & non posset perpetuari motus cœli, sed lassaretur anima cœli mouendo cœlum. quæ omnia sic patent, nam illa anima cœli, vel esset intellectiva, vel non. Inconveniens enim esset, quod corpus tam mobile, & incorruptibile nō haberet animam intellectivam, & quod non apprehenderet vniuersale bonum, cum cœlum mouetur propter vniuersale regnum vniuersi, sed cum intellectus coniunctus corpori teneat insimum gradum in genere intelligibilium; non poterunt ibi esse essentialiter gradus, & non poterunt ibi esse duo corpora differentia specie habentia tanquam specificas formas, animas intellectivas. Dato tamen, quod hoc esse posset: oporteret, quod illa anima intellectiva haberet vim sensitivam, & haberet virtutes organicas. Sic enim imaginabimur, quod econuerso ordinatur anima humana ad corpus, & Angelus. quia anima humana immediatè per essentiam coniungitur corpori. & quia corpori est coniuncta essentia animæ: sunt corpori coniunctæ potentiae, quæ fundantur in essentia animæ, ut intellectus, & voluntas: ita, quod anima per intellectum, & voluntatem, quia per eas immediatè non attingit corpus: non potest immediatè mouere corpus. oportet ergo, quod habeat alias virtutes organicas, per quas immediatè attingat corpus, & per quas immediatè moueat corpus, quæ virtutes organicæ non sunt sine sensu, & sine irascibili, & concupiscibili, quæ sunt aptæ naturæ obediens rationi. In Angelo autem est econuerso, quia Angelus non est forma corporis, & non sit unum ex Angelo, & corpore secundum esse, & secundum operationem, cum operatio egrediatur immediatè à potentia; Angelus primum attingit corpus per suam virtutem, & per suam potentiam, & mediante virtute attingit ipsum corpus per essentiam.

Cœlum si esset animatum, nō posset motu perpetuo ab anima sua.

Angelus potest mouere corpus immediatè per intellectum, & voluntatem.

Angelus ergo per intellectum, & voluntatem potest immediatè mouere corpus. Non autem anima, quæ est forma corporis; si ergo intelligentia,

A quæ est motor orbis, esset verè anima eius, & fieret ex ea, & cœlo unum secundum esse: oportet eam habere virtutes organicas, per quas immediatè attingeret cœlum, & moueret cœlum. Cum ergo cœlum non possit moueri à substantia simplici: quia, vel non moueretur, vel moueretur in non tempore, nec ab anima, quæ faciat cum eo unum secundum esse: quia siue illa anima esset intellectiva, siue sensitiva: oportet, quod moueret cœlum per virtutes organicas, quod de sensitiva non est dubium, nec de intellectiva, cum anima intellectiva per virtutes non organicas non possit immediatè attingere corpus. sed cum virtutes organicæ lassaretur ex suis operibus: non posset perpetuari motus cœli: si fieret ab anima, quæ saceret cum cœlo unum secundum esse, moueretur ergo cœlum ab intelligentia habente esse separatū à cœlo, qui est motus appropriatus cœli, & potest dici anima cœli, & potest dici: per illam animam viuit cœlum, non simpliciter, sed inquantum illa anima influit cœlo motum, qui est quoddam opus vite.

B Motus cœli
vnde.

Hoc ergo modo possumus saluare motum cœli fieri in tempore, quia eo ipso, quod motor habet esse distinctum à mobili, & est mobile in alio ubi, vel est aliter in ubi, quam motor velit, intelligitur else quadam resistentia mobilis ad motorem. sed quando principium motus est ex forma mobilis, sicut in grauis: vel etiam ipsa forma est motor corporis, sicut in animalibus, cum fiat in talibus unum secundum esse, & mobile, non habeat esse distinctum a motore, vel ab eo, quod est principium motus, oportet quætere resistentiam, vel ex grauitate mobilis, vel ex impedimento medijs, vel ex vitroq;, vt saluemus ibi rationem motus.

C Motus cœli
quod sit per
potius.

Hoc etiam modo possumus saluare motum cœli posse perpetuari, quia cum mobile sit proportionatum motori, & motor moueatur immediatè per virtutem non organicam: circa quam propriè non contingit lassitudo, poterit perpetuari motus cœli.

D Motus cœli
quod sit per
potius.

Recitare autem hic opinionem Avicenæ, quod Deus primo creavit primam intelligentiam, & ab illa creata est anima primi cœli, & ab anima primi cœli creata est substantia corporis primi cœli, & sic per ordinem ascendere ad alios cœlos: non est praesentis negotij, quia abhorrent aures fidelium, cum audiant intelligentias, vel Angelos, vel quascunque creaturas posse aliquid creare, immo ipsis Angelis, quantum ad materiam horum corporalium, non damus virtutem, vel potentiam: nisi quantum ad motum localem. Dicimus enim, quod corpora non obediunt eis in motu ad formam, sed in motu ad ubi.

Dub. III. Lateralis.

*An motus cœli sit naturalis.
Conclusio est affirmativa.*

Idq; tripliciter.

Th. Arg. d. 14. q. 1. ar. 1. Biel. d. 14. q. 1.. Bacc. d. 16. a. 1. Dur. d. 14. q. 2.



L T R R I V S fortè dubitaret aliquis, quomodo motus cœli sit naturalis. Nam secundum Comment. non est naturalis: nisi quia habet naturam habilem ad talem motum. non est autem naturalis, quod natura sua sufficiat ad agendum huiusmodi motum: sed, quod ab intelligentia, siue à motore appropriato, qui dicitur anima cœli effectuè, sit cœli motus.

Aduertendū ergo, quod cum motus cœli sit perpetuus, sit circa medium, & sit circularis: possumus triplicem habilitatem assignare in cœlo naturalem: quare tali motu naturaliter moueatur, vt sit Prima habilitas ex natura formæ substantialis cœli. Secunda ex natura qualitatis eius. Tertia ex natura quantitatis ipsius.

In cœlo, n. quod moueatur perpetuo, possumus assignare habilitatem ex parte sua formæ substantialis: cui non est annexa contrarietas. Vnde Comment. in 12. hanc causam assignat in corruptibilitatis cœli dicens: In corpore quidē cœlesti non est potentia, vt corrumpatur, quia non habet contrarium: ergo est habilitas in cœlo, quod motus eius sit perpetuus, vel possit perpetuari, donec compleatur numerus electorū. quia est incorruptibile, & habet formam substantialē, cui non est annexa contrarietas, nec priuatio formæ contrariae.

Secundo in cœlo est habilitas, cum motus eius non solum sit perpetuus, sed etiam sit circa medium ex natura qualitatis eius, quia qualitas eius nō est grauitas, propter quam moueatur ad medium: nec levitas per quam moueatur à medio, sed qualitas eius erit neutra. i. nec grauitas, nec levitas: per quam habet habilitatem, vt semper moueatur circa medium.

Tertio in cœlo est habilitas, vt motus eius sit circularis ex natura quantitatis eius, quia natura sit habet quantitatem rotundam, & circularem: per quam habet habilitatem, & est aptum natum, vt circulariter moueatur. propter has autem habilitates naturales dicitur motus cœli esse naturalis.

Possumus autem, & aliter ostendere motum cœli esse naturalem, nam quicquid est à causa superiori est naturale secundum Comment. Propter quod fluxus, & refluxus maris est naturalis, quia est à causa superiori, & sequitur motum

A Lunæ, vel aliam causam superiorē. vt quia per calorem Solis, quando Sol transit directè super mare, fit tanta evaporationis maris, & fit tanta conuersio aquarum in aerem, quod mare sic diminutum se retrahit. Ex parte verò Septentrio. Fluxus, & refluxus cau. na li fit tanta inspissatio aeris propter continuū frigus; & aer sic inspissatus tantam quantitatem convertit in aquam, quod aqua maris inde augmentata dilatat se, & hoc modo mare fluit, & refluit. Tantum ergo volumus habere ex istis, quod esse aliquid à causa superiori est esse naturale: & quia à causa superiori, & ex ordine diuino est motus cœli per motores appropriatos, non potest dici naturalis.

Possumus autem & tertiam causam assignare, quare sit naturalis, quia propter connexionem vniuersi naturale est, quod semper insima supremorum attingant supraea infimorum. Vnde Dion. loquens de divina essentia ait, quod est omnia concordans, & est indissolubilis omnium, & ordinis causa, & semper fines primorum coniungit principijs secundorum. Cum ergo spirituales creature sint priores, & superiores corporalibus; insima in spiritibus attingunt supraea in corporibus; corpora ergo supercelestia, quae sunt corpora supraea, non mouentur per superiores Angelos, sed per inferiores, & hoc forte voluit Averroë, in Metaphysica sua: quando ad mouendum quemcunque orbem celestem posuit intelligentiam, & animam: non intendens, quod anima cœli faceret unum secundum esse cum cœlo: sed haec erat differentia secundum ipsum inter intelligentiam, & animam, quia natura intelligentiae erat longè superior, & excellētior, quam natura animæ cœli, & in intelligentia erat vniuersaliores species, quam in anima cœli: ita, quod species in intelligentia non erat propria naturæ propter sui utilitatem ad causandum motū cœli, qui est quid particularē: ideo inter intelligentiam, & cœlum posuit animam cœli habentem species minus vniuersales, & ex hoc habentem magis proportionatas ad causandum motū cœli. sed, quod intelligentia superior non possit facere, quod facit inferior, est ridiculum cogitare, in talibus ergo non arguamus ex improprietate: vt quod non possit superior, hoc non possit inferior, sed ex indecentia, vt quia multoties non decet superiora, quæ decet inferiora. Indecens enim esset in superioribus, quod mouerent cœlos, & quia iste ordo est secundum naturam, & naturalis, & resultat ibi secundum Dion. pulcherrima harmonia. & quia hoc ordine administrantur cœli, & mouentur ab intelligentijs: potest dici motus cœli modo, quo diximus, naturalis.

D Sed quæres quomodo intelligentia mouet cœlum, cum sit articulus, quod est error, si dicamus, quod sola voluntate intelligentia mouet cœlum. Sciendum ergo, quod in intelligentijs non oportet ponere alias potentias ad agendum, vel ad mouendum corpora, quam voluntatem, & intelligentijs: Aegid. superij. Sent. Ggg 3 lectum

lectum. Errorem tamen esse dicimus, quod intel-
ligentia per solam voluntatem moueat cœlum,
& quod per solum velle moueat cœlum: quia,
quod non tangit, nō agit, secundū Philosophū.
Si ergo intelligentia per solam voluntatem pos-
set mouere cœlum, sequeretur, q̄ existens in ter-
ra posset velle motum cœli, ergo in terra existens
posset mouere cœlū, quod dicimus esse falsum.
oportet enim intelligentiam esse in cœlo, & ap-
plicare virtutem suam ad cœlum ad hoc, quod
moueat cœlum.

Possumus autem, & aliter saluare articulum.
Dicimus enim, quod in voluntate non sunt si-
militudines rerum, sed in intellectu. Sic enim
imaginabimur, quod sicut à domo in anima sit
domus in materia, ut declaratur in 7. sic à mo-
tu, qui est in mente Angeli sit motus, qui est in

Cap. 6. 2. fugitur.

B corpore cœli, quia natura corporalis obedit in-
telligentiae quantum ad motum localem: non
quantum ad motum ad formam. ergo per solam
voluntatem non potest mouere cœlum, cum in
voluntate non sit similitudo illius motus, nec
per solum intellectum potest mouere cœlum,
quia à similitudine motus, qui est in mente An-
geli, non causatur motus in materia: nisi concur-
rat ibi velle Angeli, quia scientia speculativa nō
est causa rerum, sed practica: ideo dicitur in
Metaph. quod idem est artificium, & volitum.
Dicimus insuper, quod intelligentia etiam per
illa duo simul: per voluntatem videlicet, & intel-
lectum non potest mouere cœlum: nisi hoc fiat
eo modo, quo est aptum natum fieri, quia exis-
tens in terra quantumcunque intelligeret, &
vellet motum cœli: non moueret cœlum, oportet
enim, quod existat in cœlo, & per poten-
tias suas attingat cœlum, si vult mouere illud.

R E S P. A D A R G. Ad primum patet so-
lutio per iam dicta, quia patet, quomodo motus
cœli est naturalis.

Ad secundum dicendum, quod non est incon-
ueniens aliquid ponere in inferioribus, quod nō
ponatur in superioribus. nam multa animalia
sciunt facete ex naturali instinctu, quæ nesciunt
homines; ut aranea ex naturali instinctu facit te-
lam, & hirundo nidum: & canicula quando fa-
cit filios scit quomodo se debet habere ad eos; ut
si facit eos in pollutos cum pellicula, statim illā
pelliculam cum dentibus lacerat: & si mul-
lier sic pareret, & non haberet obstericem se-
cum; crederet fecisse monstrum, vel abortiu, ^{um},
sed licet hæc sint in bestijs, & non in homine;
homo tamen propter intellectum est nobilior
eis, sic & in proposito: licet graue habeat in se
principium motus, & quietis, & per accidens
moueat seipsum, quod non potest facere cœlū:
nobilis est tamen cœlum omnibus alijs corpo-
ribus, & habet nobiliores motores, quia ha-
bet intelligentias. nec ipsa graua mouent seip-
sa per se, sed mouentur à generante, quod est
longè ignobilis, quam intelligentia, quæ mo-
uent cœlum.

Ad tertium dicendum, quod cœlum moue-

A tur ab anima, id est à motore suo appropriato: non autem mouetur ab anima, quæ faciat cum eo unum secundum esse.

Ad quartum dicendum, quod in ipso cœlo
est natura quædam, quod mouetur sic, sed illa
natura non est effectiva talis motus, sed est habi-
litans ad talem motum.

A R T I C. IIII.

*An Firmamentum dici debeat
octava sphera.*
Conclusio est affirmativa.



V A R T O quæritur de ordi-
ne Firmamenti ad alios cœlos,
quo sit in ordine respectu cœ-
lorum, quod est quærcere quo
sunt cœli.

Et videtur, quod Rabanus Rabanus
male assignet numerum cœlorum. Dicit enim
esse septem cœlos: Empyreum, Chrystallinum,
Sidereum, Igneum, Olimpyum, Aethereum,
& Aereum.

Sed contra: In omnibus his non assignatur cœ-
lum, quod volebat ascendere Lucifer: de quo
dicitur Esa. In cœlum descendam. Non potest Esa. 14.
enim intelligi de cœlo Empyreo, quia in illo erat.
intelligitur ergo de cœlo supra Empyreum, sed
omnes cœli nominati sunt infra Empyreum: er-
go, &c.

Præterea: præter omnes dictos tales sunt cœ-
li septem Planetarum: ergo male numerantur
cœli, quia non sunt 7, sed 14. vel etiam plures,
computatis cœlis nominatis à Rabano.

Præterea: inter cœlos nominatos à Rabano,
nominatur aer, & ignis, quæ sunt clementa: de-
bet ergo nominati aqua, & terra, quæ sunt
etiam elementa.

Præterea: ignis nominatur tanquam duo cœ-
li, quia cœlum igneum, & olympium non sunt
nisi unum elementum ignis. sic æthereum, & ac-
reum non sunt nisi elementum aeris. si ergo
unum elementum nominatur nomine duplicitis cœ-
li: videtur, quod quodlibet aliorum cœlorum
debeat nominari nomine duplicitis cœli: & sic
erunt multò plures cœli, quam enumeret Ra-
banus.

I N C O N T R A R I V M est: quia non vi-
detur, quod sint nisi tres, quia non est dare cœ-
lum ultra illud, ad quod fuit raptus

Paulus: Sed Paulus fuit raptus
ad tertium cœlum, ut habe-
tur 2. ad Corinth.
ergo, &c.

Corinth.

Cæli corporei in uniuersum decem sunt, quatuor elementis exceptis. Empyreum autem Phyllosophis ignotum fuit. Datur præterea cœlum Sanctissimæ Trinitatis, quod corporeum haud esse affirmamus: & ad ipsum Lucifer concordare voluit.

R E S P O N D E O dicendum, q̄ præter elemēta sunt decē cœli: qui sic possunt accipi: quia quodcunque cœlum vel est totum lucidum: vel totum non lucidū: vel partim lucidū: & partim non lucidū: totū lucidū est Empyreum: quod dī à Pyr, quod est ignis: quod idem est, quod cœlum igneum: & sic nominatum est non à calore, sed a splendore. totum enim est splendidū, & totum lucidum. Cœlum autem totum non lucidum est Crystallinū, vel aqueum, vt dicitur non lucidum, quia totum est dyaphanum si ne aliqua stella. De cœlo enim Empyreo nihil potuerunt scire Phyllosophi: sed scitum est per reuelationem, nam cum sit immobile: non potest per instrumēta astronomica inuestigari: nec potest nobis aliquid apparet de ipso via sensus, per quod possimus sufficienter pergere in notitiam eius, nec possumus etiam scire sufficienter via sensus, quod sit dare tale cœlum. Cœlū autē partim lucidum, & partim non lucidū est cœlū sidereū. & Cœli 7. Planetarum, quodlibet enim istorum cœlorum est lucidum quantum ad stellas, quas continent, vel quantum ad stellam, quā continent: & non lucidum quantum ad alias partes.

Rabanus autem cœlum sidereum, & sphæras omnium Planetarum posuit pro uno cœlo: quia illæ sphæræ planetarum nō habent alium motū quam octaua sphæra, deferentes enim planetarum, & epiclorum habent alium motum, quā octaua sphæra: sed ipsæ sphæræ planetarū habent eūdem motum cum ea. ideo forte Rabanus propter unitatem, & identitatem motus computauit octauam sphærā, & sphæras septē planetarum sub uno, & eodē cœlo. Nos aut si volumus, possumus illos cœlos sic distinguere: Dicētes, q̄ cœlū, quod partim est lucidum, & partim nō lucidū, aut habet multas, & mirabiles stellas: & sic est cœlum sidereum: aut non habet nisi vnicam stellā tantum: & sic sunt 7. sphæræ 7. planetarum: inter quas sphæra Lunæ est sphæra yltima: supra quam est sphæra Mercurij; supra quam est sphæra Veneris: supra quam est sphæra Solis: supra quam est sphæra Martis: supra quam est sphæra Iouis: supra quam est sphæra Saturni. Luna ergo est infimus planetarū, & Saturnus supremus, & Sol medius inter omnes. Sic ergo distinximus cœlos per totum lucidum, & totum non lucidum: & per partim lucidum, partim non lucidum.

Aliqui vero volunt ipsos distinguere per totū lucidū, & totū dyaphanū: & partim lucidum. & partim dyaphanū: sed ēm hanc distinctionem non comprehendetur cœlum sidereum: siue firmamentum, quod est octaua sphæra. Et enim

Planetarum
ordo.

Rabanus cur
cœlum side
reum, & 7.
Planetarum
uno cœlo
posuerit.

A cœlum sidereum partim lucidum: quantum ad partes, vbi sunt stelle: & partim non lucidum, quantum ad partes vbi non sunt stelle: sed non est partim lucidum, & partim dyaphanum: quia nulla pars est ibi dyaphana, cum idē sit dyaphanum, quod transparens, nulla pars est ibi transparens, quia videremus per partem illam transparētem cœlum Crystallinum: vel cœlum Empyreum, quod patet falsum esse. Decē ergo sunt cœli computando 7. cœlorum planetarum, sidereum Crystallinum, & Empyreum. Rabanus tamen omnes istos x. cœlos comprehendit sub tribus cœlis: sub Empyreo, Crystallino, & Sidereo: quia sphæræ 7. Planetarum non distinxit à sphæra siderea: quia forte fecit propter vnum, & cundem motum, quem habet cum illa: vt supra dicebatur, sed his tribus cœlis superaddidit duo elementa: ignem, & aerem: quorum quodlibet diuisit in duos cœlos propter diuersitatē, quam habent in suis partibus, nam ignis in parte sua superiori, quæ est iuxta sphæram Lunæ est ignis purus: in parte sua inferiori, quæ est iuxta aerem, nō est ita purus. propter quod Rabanus partē illam superiorē, vbi est purus ignis, vocavit cœlum igneum: quod ibi est purus ignis: partem vero inferiorem: vbi est ignis non purus: vocavit cœlum Olympium a quadam monte, qui dicitur esse in Macedonia: qui vocatur mōs olympij: qui dicitur esse tantę altitudinis: quod transcendit omnes nubes, & forte omnes ventos. Nam aliqui dicuntur esse mōtes ita alti: vbi est aer ita siccus, quod pergentes per cacumina eorum oportet portare spongiam cum aqua: vt inspiratio, & respiratio fiat cum aere madefacto per aquam ad refrigerandum cor, dicitur etiam quod in dictis montibus Phyllosophi aliqui descripsierunt in puluere characteres aliquos: quos post annum inuenierunt non mutatos. signum ergo erat montes illæs, non solum superare omnes nubes, sed etiam omnes ventos: quia characteres in puluere formati per ventos delentur, & tolluntur. Distinxit ergo Rabanus elemētum ignis in duos cœlos: in igneum, & olympium: & distinxit elementum aeris in duos cœlos propter duas partes aeris: quia una pars aeris est valde secca propter ignem, cui appropinquat, & illam partem vocavit cœlum æthereum: quasi secundum, & inflammatum: quia secundum Philosopherum in de cœlo, & mundo: nomen ætheris designat corpus velocis motus, cito inflammabile, & inflammans. aliam autem partem aeris inferiorem, vbi aues istę volitant, vocavit cœlum aereum.

D

R E S P. A D A R G. Ad primum dicendum, quod cœlum illud, quod voluit ascitere Lucifer, non est cœlum corporeum, sed est cœlum Sanctæ Trinitatis. Voluit enim Lucifer æquā i Deo: & esse similis altissimo. Nos autem locuti sumus de numero cœlorum corporeonū: a quibus cœlis in infinitū distat cœlum Sanctæ Trinitatis dignitate, & nobilitate.

Ad secundum dicendum, quod cœlos 7. Planetarum

Rabanus x.
cœlos sub tri-
bus compre-
hendit.

Olymp. Cœ-
lū vnde di-
catur.

Montium
quorundam
altitudo.

Cœla 5. Tri-
nitatis.

*Aer, & ignis
est vocen-
tum cœlum.**Lxxz 2.*

netarum comprehendit Rabanus sub cœlo, si-
dereō: quia habent eundem motum cum ipso,

Ad tertium dicendum, quod aer, & ignis pos-
sunt nominati nomine cœli propter aliquam
assimilationem, quam habent cum cœlo. nam
cœlam est altum, & est dyaphanum: sicut vide-
mus in cœlis Planetarum: quia quodlibet cœ-
lum cuiuslibet planetæ est totum dyaphanum,
præter solum planetam, quem continet aer, &
ignis: propter istas duas assimilationes, quia sūt
eleuati, & sunt dyaphani, possunt vocari cœli:
nam dominus istam partem aeris inferiorem,
vbi sunt volucres, vocavit cœlum: iuxta illud:

Volucres cœli comedenter illud. & in Gén. aer
vbi sunt volatilia pennata: iuxta illud: Domina-
mini piscibus maris, & volatilibus cœli, & si pars
inferior aeris potest vocari cœlum: multo magis
pars superior aeris, & pars inferior, & superior
ignis potuerunt vocari cœli, sed aqua licet sit
elementum, & sit dyaphanum: tamen non de-
bet vocari cœlum, quia non habet altitudinem:
cum sit recepta in cœnernis terræ, terra etiam nō
debet vocari cœlum, quia est infima, & non est
dyaphana.

Ad quartum dicendum, q̄ sicut aer potest vo-
cari duo cœli propter partem superiorem siccā,
& partem inferiorem humidam: sic & igit̄ potest
vocari duo cœli propter partem superiorem
puram, & partem inferiorem impuram, vel ad-
mixtam. sed in illis supercelestibus istas diuersi-
tates non videmus: quod vna pars sit pura, &
alia impura, quia non patiuntur peregrinas im-
pressions: nec videmus, quod ibi vna pars sit
siccā, & alia humida: quia non recipiunt quali-
tates contrarias.

Ad argumentum autem in contrarium dicen-
dum, quod illud tertium cœlum, quod nominat
Paulus, non est tertium cœlum corporale, quos
cœlos hic nominamus: sed est tertium cœlum,
idest tertium genus visionis, raptus enim fuit
Paulus usque ad tertium cœlum, idest tertium
genus visionis. Visio enim intellectiva, per quā
possimus capere æternam, dicitur cœlum: iuxta
illud Aug. 3. de Trinitate, cap. 20. In quantum ali-
quid æternum mente capimus: non in hoc mun-
do sumus, & omnium iustorum spiritus adhuc
in carne viuentium, in quantum æterna sapiunt,
non sunt in hoc mundo. cum enim considera-
mus de æternis, possimus dicere cum Apostolo:
Nostra conuersatio in cœlis est, visio ergo in
intellectiva potest dici cœlum.

*Phyl. 3.**Visionis tri-
plex gen.**Rom. 1.**I. de acta 12.*

Possimus autem distinguere triplex genus vi-
sionis intellectivæ, quia est visio intellectiva cau-
sata a sensibus exterioribus: quia inuisibilia Dei
per ea quæ facta sunt, & per ea, quæ aspicimus
per istos sensus exteriores, intellecta conspiciuntur:
vt dicitur ad Roma. 1. est ergo vna visio vel
vna cognitio intellectiva a sensibus exterioribus
deriuata.

Est autem alia visio, vel cognitio intellectiva
phantasmatis admixta: quia secundum Phi-
losophum, nostrum intelligere, vel est phantasia,

A vel non est sine phantasia, nam, & si possumus
intelligere non occupati per sensus exterioribus;
tamen non possumus intelligere non occupati
per phantasiam, & per sensus interioribus.

Est & tertium genus visionis sive cognitionis
intellectivæ, quæ non est occupata a sensibus ex-
terioribus: sed sensibus interioribus: nec ad-
mixta phantasmatis: sed in pura, & clara vi-
sione diuinæ essentiæ constituta.

Ad istud autem tertium cœlum, siue ad istud
tertium genus visionis fuit raptus Paulus, quia
vidit diuinam essentiam in illa claritate, & in il-
la puritate, in qua vident beati.

Q VÆ S T I O I I.

De opere tertie diei.

OSTEIA queritur de opere
tertiae diei, in qua dicuntur duo
esse facta, quia fuerunt congrega-
tæ aquæ, & apparuit arida: &
terra germinauit herbam virem,
& facientem fructus, & li-
gnum pomiferum. De his ergo duobus quæ-
remus, de congregacione aquarum, & de germina-
tione terræ.

A R T I C. I.

*An opus tertie diei congregatio
aquarum dici debeat.**Conclusio est affirmativa.*

D.Th. 1.p.q.6.9 art. 1. Et 2 sent. d. 14 art. 5. Nic. de Nis se
trad. 2 p. 2. q. 1. de opere 3. diei.



DPRIMUM sic proceditur: Vide-
tur, quod incomptenter descri-
batur opus tertiae diei per con-
gregationem aquarum, nam ter-
tia die dicuntur fuisse distincta
elementa, de omnibus ergo ele-
mentis debuit fieri mentio, cum omnia elemen-
ta illo die dicantur fuisse distincta.

Præterea quodlibet elementum tendit in lo-
cum suum per suam formam naturalem, sed
aquaæ fuerunt ante omnem diem, & ab ipso prin-
cipio: vt patet Gén. 1. dicitur enim quod spiritus
Domini ferebatur super aquas, quod dictum
fuit ante omnem diem, & ante factiōnem lucis.
ergo non tertia die: sed ante omnem diem aquæ
fuerunt congregatæ in loco suo.

Præterea iste est ordo elementorum: quod
subtilius, & formalius continet totum aliud ele-
mentum minus formale: vt ignis, quia est forma-
lior aere, continet totum aerem: & aer quia est
formalior aqua, & terra continet aquam, & ter-
ram: & aqua, quæ est formalior terra, debet con-
tinere totam terram. nō ergo propter congre-
gationem

gationem aquarum potuit apparere arida, id est A terra.

Præterea a loco, ad quem mouetur aqua naturaliter, non potest recedere nisi violenter. sed aqua naturaliter mouetur ad cooperiendam terram; sicut aer naturaliter mouetur ad cooperiendum aquam. Sicut ergo nulla pars est aquæ, quæ non sit cooperta aere; sic nulla pars erit terræ, quæ non sit cooperta aquis. Dicere autem, quod violenter retinentur aquæ, ut non cooperiant terram, videtur inconveniens, quia nullum violentum est perpetuum: non ergo posset hoc perpetuari, si per violentiam fieret.

Ges. 1. IN CONTRARIUM est. quia sic habetur in textu: Congregentur aquæ in locum unum, & appareat arida, factumque est ita.

P. E S O L V T I O.

Opus diei tertie ex Aquarum congregazione congrue describi affueramus, ut ex Doctoris nostri doctrina patet.

R E S P O N D E O dicendum, quod, ut patet per habita: dicebantur elementa esse quasi confusa: quia habebant quâdam admixtionem ad inuicem, quia aqua habebat quandam admixtionem cum tota terra, & faciebant eam limosam: ut vult Magister in littera. habebat etiam admixtionem cum toto aere, quia faciebat eum turbidum, & nebulosum. Potest etiam dici, quod habebat quandam admixtionem cù aliquâ parte ignis, saltem cum illa parte, quæ patitur admixtionem aeris. aquæ ergo à principio occupabant valde magnum spatum; quia erant valde raro, & nebulosæ, cōgregatæ ergo, id est inspissatæ occupauerunt minorem locum: quia potuerunt recipi in cœnris terræ: ut habetur in littera, quod faciendo non solum purificauerunt illam partem ignis, quam inficiebant: sed purificauerunt totum aërem, quem faciebant nebulosum: discooperauerunt etiam aliquam partem terræ, illam videlicet, quæ non est habitabilis.

Quomodo autem hoc sit, quod aqua non occupat totam terram; videntur aliqui adscribere motui, & virtuti corporum supercœlestium: ut sicut mare fluit, & refluit per virtutem, & per motum corporum supercœlestium: sic flumina fluunt ad mare, & refluent a mari per virtutem cœli. Iuxta illud Ecclesiastes 1. Ad locum, unde exeunt flumina, reuertuntur, ut iterum fluat: sed sicut flumina in propria forma intrant mare: sic in propria forma excunt a mari: vel ergo mare est altius terra, ut possint inde fluere flumina: vel hoc sit violenter, ut aqua mari ascendat ad hoc, quod flumina fluant a mari. Sciendum ergo, quod aquæ quandam ponderositatem habent, & ideo cum sint labiles, oportet quod habeant quandam rotunditatem: ita quod in nul-

lo loco habeat aqua superficië planam, ut si ponatur aqua in scypho, vel in quocunque vase: non habebit superficiem planam: sed gibbosior erit in medio quam in lateribus. Erit enim gibbosior in medio id est habebit quandam rotunditatem, vel quandam gibbositatem in medio, quia si haberet superficiem planam: cum planum non possit æquè distare a rotundo, extremitates illius aquæ plus appropinquarent cœlo, quam medium. & quia hoc est esse altius, plus appropinquare, aquæ illæ in extremitatibus essent aliores, quam in medio; de necessitate ergo est, quod fluant ad medium, & faciant quandam gibbositatem, & rotunditatem in medio, ad hoc quod æqualiter possint distare a cœlo: vel quod dictum est de uno vase, vel de uno scypho, quod aquæ non possunt ibi stare planæ, vel habe-

Aqua gibbositas in me dio: hinc p batur Aqua sphærica fa gue.

B re superficiem planam: multo magis veritatem, habet de toto fluvio, vel de toto mari, quod, ut æqualiter distet a cœlo, quandam gibbositatem, & rotunditatem habet in medio.

Dicemus ergo, quod si terra haberet formam omnimodam rotundam sine aliqua gibbositate, omnino cooperiretur aquis, forma enim terræ est rotunda, sicut forma pomis est rotunda. Posset tamen pomum habere formam rotundam & habere alias gibbositates, & alias cōcavitates in illa forma, sicut ergo forma terræ rotunda est, sic & in diuersis partibus potest habere diuersas gibbositates. id est diversos montes. præter tamen montes habet quandam magnam gibbositatem in parte Septentrionali: in qua gibbositate est terra habitabilis: quæ gibbositas cum aqua facit quasi vnam sphæram: ita q aqua cooperit totam terram præter illam gibbositatem: quod quomodo sit plane descripsimus in nostro Hexameron. Sciendum tamen, quod in illa gibbositate sunt magnæ valles, quas intrat mare Mediterraneum, & sunt ibi magni montes, ut appetat ad sensum. Illa ergo gibbositas terre, quæ cum magno mari facit vnam sphæram: ubi habet profundas valles, ibi subintrat mare, quia semper aqua currit ad inferius, & fluunt ibi brachia quædam maris: quæ coniunguntur cum magno mari. mare itaque non cooperit terram, quia ascenderet, si ipsa cooperaret, grauitas ergo eius quæ non sinit ipsam ascendere: non permitit, quod cooperiat terram. Sed si sic dicimus, quod credimus bene dictum, tria inconvenientia videbantur incurrire: quia si aquæ nullo modo ascendunt: sed semper descendunt. Non videtur, quod possimus salvare: quomodo flumina exeat a mari, & ad mare reuertantur, ut iterum fluant.

Terra cur ta nō sit coo peria ags.

C Hexameron ante horū libit sent.

D Secundò non videtur quod possimus salvare fluxum, & refluxum maris, quia si aqua non ascenderet, nō videretur, quod mare posset fluere, & refluxere.

Hexameron ante horū libit sent.

Tertiò si aqua haberet talem gibbositatem, sicut dictum est, bene videretur, quod nauis existens ultra mare, non videretur. quia inter nauem & ter-

Plutus, &
refluxus ma
tis unde.

Fluorum
origo.

Dubitationes.

& terram interponeretur illa gibbositas maris, sed in medio mari omnino videretur, quia esset altior, ut videtur ibi existens: quam cum erat iuxta terram.

Solutio.

*Fluuij qdō
a māre ex-
eunt, & ad
māre re-
deant.*

Propter primum sciendum: quod videntur aliqui sentire, quod secundum propriam formam mare subintrat terram, & deseruit generationi lapidum, & mineralium, & sic subintrans terram redit ad locum: unde fluunt flumina, & hoc modo continuatur cursus fluuij. Et si arguatur contra istos: quod tunc aqua ascenderet, quia cum flumina tendant semper ad inferius: non posset continuari cursus alicuius fluuij per aquas maris, nisi huiusmodi aqua ascenderet, & ascendendo postea descenderet, quod videntur isti concedere posse fieri per motum supercelestium corporum, sicut fluxus, & refluxus maris, qui sine ascensu aquæ maris fieri non potest, sed ista stare non possunt. Verum est enim quod motus primi cœli, vel primi mobilis rapit secum omnes alios orbes, & rapit secum totam spharam ignis, & quasi totam spharam aeris, excepto illo aere, qui clauditur inter montes: sed iste raptus, & iste motus est circularis. Secundum enim talem motum nec est ascensus, nec est descentus. Dicemus enim, quod nunquam aqua ascendit nisi per ventum agitata, vel per aliquem impulsum, vel nisi fiat aliquo modo levius, ut appareat in vaporibus eleuatoris ab aquis: qui propter calorem incorporatum a sole, vel ab alijs stellis, aliquam levitatem contrahunt, per quam ascendunt. Illud de fluxu, & refluxu suo loco soluetur.

*Impugnatio
solutionis.*

*Fluuij
generatio.*

Sed quod dictum est de fluminibus quomodo exeunt a mari, & in mare reuertuntur; Dice mus, quod mare cum terra habitabili facit unam spharam, ut patet in nostro Hexameron: ita quod terra habitabilis est quedam pars illius sphare, & quia mare sic circundat terram, quod tota terra habitabilis cum brachijs maris, & cum omnibus fluminibus non est completa quarta pars terrae: ideo mare humectat terram, & a terra sic humectata per mare eleuantur vapores, ut pluant super terram, & subitus terram. Vnde videmus, quod in montibus magis abundant aquæ, & plures sunt fontes, quam in vallis, quia magis abundant cauernæ in montibus, quam in vallis: ubique ergo est terra cauerosa, ibi eleuantur vapores usque ad cacumen cauernæ. ibi autem ingossantur, & descendunt, & fit pluia. Ex pluribus ergo talibus cauernis fit fons magnus vel parvus, secundum quod magis, vel minus in cauernis subitus terram generantur aquæ, ex pluribus autem fontibus fit postea fluuij. hoc ergo modo fluuij exeunt a mari, quia mare humectat, & inebriat terram: ex qua humectatione per calorem solis, & aliorum siderum, quorum est calorem efficere, sunt vapores, & eleuantur, & faciunt fontes: qui quidem fontes coniuncti faciunt fluuios, ex vaporibus ergo in cauernis terræ generatis non solum sunt fontes, & fluuij, sed ex vaporibus super terram eleuantis

A augmentantur, vel etiam generantur fluuij, quia ex magna siccitate videmus aliquos fluuios desiccari omnino. Non enim sic possent desiccari riui, vel fluuij generati ex vaporibus in cauernis terre, quia stante causa, stat effectus. Vapores enim in cauernis terræ non ita desiccantur: sicut vapores eleuati super terram, & fluuij inde generati non ita desiccantur sicut alij. Ipse ergo aqua secundum se non ascendunt: sed vapores inde eleuati per calorem incorporatum, ascendunt ut hoc modo generantur fluuij a mari, & ad mare reuertuntur, ut iterum fluant. Desiccaretur enim mare, si semper humectaret terram, & ex illa humectatione non fierent aquæ, quæ redirent ad mare. Et sic soluta est difficultas prima.

*Mare qua-
do desicca-
reter.*

Dub. I. Lateralis.

*An fluxus, & refluxus maris sint
causa diuersa.
Conclusio est affirmativa.*

L T E R I V S autem queritur de fluxu, & refluxu matis.

Dicendum, quod possumus saluare fluxum, & refluxum maris:

C non ex eo, quod aqua ascendat: nisi forte per ventum impulsa, vel aliter violenter eleuata: sed fluit, & refluit mare propter augmentum, & diminutionem aquarum eius, ut quando diminutæ sunt aquæ maris: mare se retrahit, quando sunt augmentatae: mare se dilatat, & diffundit, & hoc modo fluit, & refluit.

Possumus etiam fluxum, & refluxum reducere in virtutes corporum supercelestium, ut supra dicebatur, quia in parte septentrionali sunt magna frigoriæ: & ubi est intellatum frigus, semper inspissatur aer, & fit inde aqua. In partibus autem australibus ubi pergit semper Sol, evaporat aqua, & fit inde aer, & hoc modo aquæ maris aliquando abundant, aliquando minuantur. Et ex hoc ipsum mare fluit, & refluit. Vel possumus fluxum, & refluxum praetactum adaptare ad angmentationem, & diminutionem Lunæ, per cuius augmentum, & diminutionem augmentantur, & diminuntur omnia humida, propter quod credendum est, quod Luna existente plena plus inspissatur de aere, & plus coquuntur de aere in aquam, & fit maior generatio aquarum, & fluxus maris est fortior, vel vehementior, quam ex existente non plena.

D Et quod diximus de Luna, veritatem habet de alijs sideribus, quia aliqua sidera sunt calida, & faciunt aquam evaporare, propter quod diminunt aquam, & augmentant aeren, ali-

De hoc ap-
p. 12. locutas
uer. 1. A.
lii. evulam
bonis effe-
ctus desicca-
plorunt. Se-
cili. Alij summa-
mento: Alij
Lucas Aver.
in Paraphr.
Sopum at-
tingere uis-
ius in one est.
Alium autem
op. 1. nem.
Ibi de hoc
rōnes for-
tan probabi-
liores vide
in rō de
Coneis di-
scutit. Ad-
venire etiam
hic effectu
non fieri nō
sunt in Mac-
occidenta-
li p. Sym-
bolarem,
quā h. rō
Luna quā
a rō, dicit
ur. Luna
occidentalis.
Et ne p. 12.
fluxum, &
refluxum
fieri in Ma-
re. Gener-
et. 1. 1. 1.
pp. 1. 1. 1.
pp. 1. 1. 1.
que ex aliis
Luna u. rō
certificare po-
test.

qua sunt frigida facientia aerem inspissari: quod faciendo conuertunt aarem in aquam, & augmentant aquam: qua augmentata, & diminuta fit fluxus, & refluxus maris. Hæc autem potissime locum habent in magno mari: super quod semper dyametaliter pertransit Sol in quadam sua circulatione, per cuius transitum fit maxima evaporation, & diminutio aquarum, quibus diminutis, mare se retrahit.

Creditur etiam, si vbi est magnum mare, & est tantum frigus, & tanta generatio aquarū, quod propter earum abundantiam, mare se diffundat sic: ergo ex augmentatione, & diminutione aquarum fit fluxus, & refluxus: nec tamen despicendi sunt attribuentes hoc motui supercelestiū corporum. Non credimus tamen, quod posset saluari duplex fluxus, & refluxus ex una, & eadē circulatione: cū tñ sensibili videamus in una, & eadē circulatione dupliciter moueti mare, vel dupliciter fluere, & resuere. Dicemus ergo q̄ cū tota sphæra ignis sequatur motū cœli, & quasi tota sphæra aeris, excepta illa parte, q̄ claudit inter montes, iuxta illud Ecclesiastes: In circuitu pergit spiritus, & in circulos suos reuertitur spiritus; idest aet habet quandam circularem motum, quia sequitur motum cœli, ergo in magno mari, vbi non sunt montes, & vbi tota sphæra aëris facit suum circuitum: aliqua pars sphæræ aquæ recipiendo impressionem cœlestem sequitur motum cœli. Si ergo aqua totam terram cooperiret, & nullum haberet obstaculum: nullus forte tunc dubitarer, quando aliqua pars sphæræ aquæ sequeretur motum cœli, quia ex tali motu nec ascenderet, nec descendenter aqua. Sed dum coniungit propter resistentiam terræ, quæ non tota cooperitur a mate: ex qua resistentia oportet multiplicati aquas ad partem illam, versus quam secundum aliquam partem sui orbis circulariter reuoluuntur: vt secundum quandam analogiam, extremis, idest cœlo Empyreō, & terra existentibus stabilibus, quia terra in eternum stat: vt dicitur Ecclesiastes: Et cœlum Empyreum est ab omni volubilitate semotum: vt dicunt Sancti: Omnia vero alia intermedia secundum quandam analogiam participant motum primi mobilis: quia ille motus: vt dicitur in octauo Physicorum: est vita in entibus, quia cœli, & elementa præter Empyreum, & terram, orbiculariter mouentur secundum motum primi cœli, non quod in omnibus habeat aequalē efficaciam ille motus, sed habet omnimodam efficaciam in omnibus cœlis inferioribus, quia cœli semper servant ordinem suum: propter quem secundum motum primi mobilis semper inter diem, & noctem reuoluuntur semel, & tota sphæra ignis sequitur illum motū: quia propter sui levitatem, & raritatem est facilis ad mouendum. Sphæra autem aeris non totum sequitur hanc motum, quia saltem aer, qui clauditur inter montes, nō sequitur dictum motum, ita quod aet minus sequitur motum cœli,

Eccles. 1.

Eccles. 1.

Auct. t. c. 1.

A quām ignis: & aqua minus sequitur præfatum, motum, quām aer, nam credibile est, quod modica pars sphæræ aquæ, vel magni maris sequitur hunc motum. Illa enim aqua, quæ magis est leuis, vel quæ est minus grauis, & quæ magis participat cū aere, forte sequitur motum cœli, vt per se, idest non per accidens illa aqua mouetur, quasi orbiculariter: quod autem se diffundat super terram: hoc erit per accidens: prout versus partem illam, ad quam mouetur, se multiplicat: qua multiplicata, se diffundit. & quia eo modo, quo potest aqua magni maris quantum ad aliquam sui partem, idest, quantum ad partem suam superiorē sequitur motum cœli: cū motus cœli sit ab una parte in aliam, & redeat ad eandem: motus maris erit ab uno littore in aliud: & ibi faciet fluxum, & dilatabilis se, & propter sui gravitatem, vel propter influentiam motus cœli redibit ad aliud littus: & ex hoc faciet refluxum, & restringet se. Hoc ergo modo poterit forte saluari duplex fluxus, & refluxus maris in una, & eadē circulatione primi mobilis: unus propter augmentum, & diminutionem aquarū, & alius propter motum primi mobilis,

Dub. II. Lateralis.

An propter gibbositatem aquæ in medio maris existens terram videre possit.

Conclusio est negativa.



L T E R I V S circa hoc dubitatur de hoc quod tertio addebatur de nauि existente in medio maris. nam si aqua habet gibbositatem aliquam, in medio erit altior, quām in alijs locis: usque ergo ad medium maris semper poterit videri nauis ab his, qui sunt in terra, & semper poterit videri terra ab his, qui existunt in nauи: quod videmus sensibiliter falsum,

Dicemus ergo, q̄ quilibet aqua inter vtrunq; littus facit quādam partem sphæræ, quod si queratur quomodo sit illa sphæra; respondetur, q̄ si poneretur unus pes circini immobilis super centrum terræ, & alius pes mobilis moveretur super aquas a littore in littus: talem speciem, & talem rotunditatem facheret aqua, qualem facheret pes circini mobilis motus a littore in littus, & si non potest aqua assequi omnimodam rotunditatem, sicut assecuti sunt cœli, quia non est date hic inferioris aliquid omnino rotundum, nec aliquid omnino planum: assequitur tamen, & imminatur illam rotunditatem, quantum potest, quod ergo dictū est de aqua maris, vel de aqua fluuij, intelligentum est de aqua existente in scypho, vel in quocunque vase: siue sit vas plenum: siue non

sphericum in his inferioribus non datur.

non plenum, nunquam enim aqua in quocunq; vase habet superficiem plenam, sed habet eam gibbosam, eo modo, quo faceret circinus habes pedem in centro terrae motus modo, quo diximus, ab uno latere vasis in aliud. His etgo excut sis, dicamus, qd quilibet circulus est aequaliter curvus. Propter quod non potest accipere ita modicam partem de circulo, qd si ducatur corda ab uno puncto illius partis ad alind, qd arcus non superet cordam. Et si esset aliquod animal in extremitate cordē minus, quam sit eleuatio arcus supra cordam, ille arcus celaret illi animali id, quod esset ultra arcum.

Si c & in proposito: quando tantum iuit nauis supra mare, qd si duceretur corda à littore usque ad nauim; faceret arcum magis eleuatum a corda, quam sint alti oculi existentium in naui, tunc existentes ibi non possent videre littus. Potest enim esse, quod existens in naui non videat littus: quod littus videt existens in arbore nauis, quia forte prefata gibbositas aquæ pertransitæ est altior oculo existentis in naui, quam oculo existentis in arbore. sed quando plus procedit nauis, semper augetur gibbositas maris interpositi inter nauem, & littus, tantum ergo poterit procedere nauis, qd nec existens in naui, nec in arbore videbit littus. Soluta est ergo difficultas tertia: quod cum aqua maris faciat gibbositatem circumlatem secundum pedem circini motum a littore in littus, semper inter nauem, & littus interponitur aliqua gibbositas aquæ, licet illa gibbositas non sit semper tanta, quod possit cœlare littus,

R E S P. A D A R G. A R T. I.

Ad primum dicendum: quod licet aliquomodo omnia elementa fuerint distincta tertia die: sufficit tamen fecisse mentionem de sola congregacione aquarum, quia, vt patet per habitu, ex sola congregacione aquarum fuerunt omnia elementa suo modo distincta.

Ad secundum dicendum, qd cum dicitur, qd Spiritus Domini ferebatur super aquas; ibi aqua non stat pro elemento aquæ, sed pro tota illa materia informi, super quam ferebatur Spiritus Domini, sicut fertur voluntas artificis super aliquam rem fiendam: vel quia quod facit tale, dicitur esse tale, vt ignis dicitur piger, quia facit hominem pigrum. Spiritus Domini ferebatur super aquas quia faciebat illas aquas ferri, & circunuolui.

Ad formam autem arguedi dicendum, quod elementum aquæ non tendebat tunc in suum locum, quia aquæ illæ erant ratiæ factæ, & nebulae: secundum quoniam modum videmus aquas cleuari, & tendere in altum.

Ad tertium dicendum, qd patet per iam dicta quare aqua non cooperit totam terram,

Ad quartum dicendum, qd aqua per se non potest ascendere: sed descendere, si autem ascendet, vel hoc est violenter, & per impulsum,

Avt per ventum, vel per aliud, quod impellit aquam, vel hoc est naturaliter, quia forte cœlum mouet, ibi imprimendo aliquid passo, & dando aliquam vim, & aliquam virtutem passo. Vt, si mouet vapores superius: aliquam vim & aliquem calorem imprimat vaporibus: per quam eleuantur superius, dato tamen, quod cœlum de novo nihil imprimet in istis inferioribus, eo tamen ipso quod data est istis inferioribus talis natura, per quam sunt apta nata sequi sua superiora, & sequi motum cœli, patet quod ex hoc aliquid de elemento aquæ potest circumvolui: ergo secundum motum cœli siet fluxus, & refluxus maris, qui non erit violentus, sed naturalis.

B A R T I C. II.

*An opus tertiae diei ad germinationem terræ pertineat.
Conclusio est affirmativa.*

Aegid. in Hexam. 1. p. cap. 28. 29. D. Th. 1. p. q. 69. art. 2.
Et 2. sent. d. 14. art. 5.



Ec v n d o quæritur de opero tertiae diei, quantum ad germinationem terræ. Et videtur, quod inconvenienter describatur productio terræ, productio herbarum, & lignorum facta tertia die: cum per primos tres dies fuerint res distinctæ, per alios tres sequentes fuerint ornatae, sed plantæ videntur pertinere ad ornatum terræ: productio ergo plantarum non videtur debuisse fieri tertia die.

Præterea aliqua fiunt in terra, aut per peccatum videntur esse producta: cuiusmodi sunt spinæ, & tribuli, quæ tertia die dicuntur fuisse facta, iuxta illud Gen. Spinas, & tribulos germinabit tibi; ergo &c.

Præterea dicitur Gen. Istæ generationes sunt cœli, & terræ, quando creatæ sunt in die, quo fecit Deus cœlum, & terram, & omne virgultum agri: ergo cum fecit Deus cœlum, & terram, fecit omne virgultum agri, sed hoc fuit ante omnem diem, ergo &c.

Præterea, cum & mineralia sint in terra, & crecent in venis terræ, debuit de his fieri mēto.

R E S O L V T I O.

Opus diei tertie ad germinationem terræ pertinere affirmamus.

R E S P O N D E O dicendum, quod sententia Aug. videtur esse diuersa a sententijs aliorum Sanctorum, quia videtur sentire, quando dixit Deus: Germinet terra, quod ex hoc verbo non fuerunt productæ herbae, neque plantæ: sed fuit collata

Spinæ, & tribuli pp pccatum.

Gen. 8.

Gen. 2.

Herbae, & virgultæ quæ do facta.

Iata terræ virtus producendi herbas, & plantas. quod probat per litteram Gene. 2. cap. vbi dicitur, quod istæ sunt generationes cœli, & terra, quando creatæ sunt in die, quo fecit Deus cœlū, & terram, & omne virgultum, antequam oriretur in terra, & omnem herbam regionis, priusquam germinaret. si autem est factum virgultum in terra antequam oriretur in terra, & est facta herba regionis, priusquam germinaret terra, nō ergo herbae, & virgulta fuerunt facta secundum se, quia nondū talia fuerunt orta in terra, sed facta fuerunt talia, quia data fuit terræ vis germinandi, & vis producendi ea. Communis tamen Sanctorum opinio est, quod tertia die in propria forma fuerunt factæ herbae, & plantæ, siue arbores cum folijs, & fructibus, quod concordat cum litera, quia plantauerat Deus Paradisum a principio, & ibi posuit hominem quem formauerat, & dixit, quod de omni ligno comedet, præterquam &c. ergo tunc ligna, siue arbores iam habebant fructus, quia non comeduntur ligna in se, sed comeduntur fructus eorum, & si aliqua ligna comeduntur, vt cynamomū, hoc est magis in via medicinæ, q̄ in via cibi. Dicimus enim, quod secundum rationes feminales, prout terra habet virtutem producendi arbores, vt plurimum plantæ, & arbores stāt per plures annos, antequam producūt fructus. Possumus ergo hoc modo saluare litteram Gene. dicens, quod utrumque factum fuit tertia die, vt delicit, quod fuerunt productæ arbores cum folijs, & fructibus per rationes obedientiales ad mandatum Dei, qui est agens super naturale, cui obedit natura secundum suam voluntatem, & in initio fuit data vis terræ secundum rationes feminales, vt continuaret se in productione herbarum, & plantarum. Fecit ergo Deus omne virgultum, & omnes arbores cum folijs, & fructibus, per rationes obedientiales antequam orirentur in terra per rationes feminales. Antequam ergo terra germinaret per vim sibi naturaliter innatam ad producendum herbas, & plantas naturaliter, fuerunt virtute diuina hæc producta supernaturaliter. sic ergo Deus fecit aves, & animalia, & dixit: Crescite, & multiplicamini, & dedit eis virtutem se propagandi: sic fecit herbas, & plantas, & dedit eis virtutem germinandi, & producendi ipsas. In operibus enim illorum sex dierum, tota ratio facti fuit potentia facientis.

Nunc enim non sit equus nisi quia generatur ab equo. sed tunc prius factus fuit equus, quam generaretur ab equo, vel generaret equum, quia non per generationem equi, sed per verbum diuinum factus fuit primus equus. sic etiam priusquam germinaret terra per rationes feminales, vt modo germinat, fuerunt factæ plantæ per rationes obedientiales, vt nunc diximus, & in nostro Hexameton habetur.

Rationes, feminales animalium, & plantarum quomodo conueniunt, & differunt

Aduertendum tamen, quod rationes feminales, per quas producuntur animalia, & plantæ, & herbae, quantum ad aliud sunt similes: sed

A quantum ad multa sunt valde dissimiles. Similes sunt quidem, quia sicut in animalibus aliqua sunt per generationem, & ex simili: & aliqua sunt ex putrefactione absque eo, quod præcedat simile: sic in his, quæ generantur ex terra, aliqua sunt ex simili præcedente, vt frumentum: aliqua ex sola putrefactione terra. Vnde & Commenta, quantum ad generationem animalium vult in 12. quod id, quod fecit semen in animalibus, quæ generantur ex semine, facit putrefactio in his, quæ generantur ex putrefactione, quantum ergo ad hoc aliqua similitudo est inter animalia, & ea, quæ sunt ex germinatione terra, sed quantum ad alia sunt multæ dissimilations. quia & in natura animalium est solus unus modus communicaendi naturam, propter quod ea, quæ nascuntur ex putrefactio ne nunquam nascuntur ex semine. Videmus, nimis aliquos generari ex putrefactione, & isti sunt statuta parui habentes pilos debiles, & tales mutes nunquam generant, & si videamus mures aliquos ex putrefactione genitos assistere alijs muribus, hoc non est quia generant illos, sed quia forte aliquid operantur, vt per putrefactionem generantur mures illi. quod satis est credibile, vt eis naturaliter possint communicare suā speciem, sicut, & scabrones ex simo equino faciunt quosdam patuos globos, & ex illis per putrefactionem generantur alij scabrones. Non enim scabrones generantur ex semine, sed ex putrefactione, licet alij scabrones ad hoc fidem, aliquid operentur. Sunt autem & alij mures, qui generantur ex coitu, qui nō sunt eiusdem speciei cum generatis ex putrefactione, vt patet ex statuta corporis, quia sunt maiores: & ex pilis. quia habent pilos maiores, & fortiores.

Propter hanc determinationem ergo, quā videmus in animalibus, omne animal generatum ex commixtione animalium diversarum specierum, vt mulus, vel mula, qui generantur ex asino, & equa, de necessitate sunt steriles. propter quod mulus nunquam generat, & nunquam mula concipit, vel portat in ventrem. Nam si mulus generaret, vel generaret mulum, & tunc fieret mulus dupliciter, ab asino, & mulo. quod animalium natura non patitur: vel generaret non mulum, & tunc non assimilaret sibi passum, quod est contra naturam agentium, sed in plantis non sic. & Illæ enim eadem herbæ, quæ nascuntur ex putrefactione possunt facere semine, ex quibus producuntur alia herbæ similes. Videmus enim in antiquis edificijs, quod ex putrefactione cimenti generatur absinthium, ex quo potest generari aliud absinthium. Ex tali enim putrefactio ne generantur quedam herbæ, quæ vocantur rutæ, quæ faciunt semina, ex quibus possunt ori ri alia rutæ.

Esteriam in animalibus præter modum prædictum alias modis, vt animal generatum ex semine nō sit nisi ex semine determinato, & nō.

Aegid. super ij. Sentent. Uhh deter.

x Idem se-
rè dist. 16 q.
1. att. 2. dub.
1. dist. 14 q.
2. att. 2. dub.
1. p. i. q. 2. ac-
tu. 6 qd 1 ar-
gu. & q. 2. ar-
ti. ad vle
argu.

Muli, & mu-
la feminas
vnde, led vi
de Arift. 2.
de gen. ani-
malium ca-
ultimo.

* Eadē na-
tura specifi-
ca pluribus
modis in a-
liqribus cō-
menicali po-
te., non au-
tem in ani-
malib⁹. Idē
ferè dist. 1.
p. i. q. 2. att.
6 ad 1. arg.

determinato, ut ex commixtione maris vel seminarij, & ea, quæ generantur ex putrefactiōne non sūnt nisi ex determinata putrefactiōne, sed in herbis, & plantis est multiplex modus producōnis, & multiplex est in eis ratio seminalis. In vna enim, & eadem planta est ratio seminalis in radice, ramo, & semine; vt appareret in vite, quod siue ponas radicem vitis sub terra; produceret palmites, & generabat vitem, siue ponas ramos vitis sine radice, siue ponas semen, & grana; quæ sunt in vnis, illud idem fieri.

R E S P. A D A R C. 2. Ad primum dicēdū; quod secundum August. 2. super Gen. plantæ, & arbores sunt distinctæ a terra; & sunt affixe terræ; quia ergo sunt affixæ terræ; factæ sunt eadem die, qua apparuit terra: quia vero habent quādam distinctionem a terra; licet eadem die fuerint factæ, scriptura tamen distinctæ loquitur de his, & de terra, possunt ergo pertinere ad opus distinctionis, & ad diē illum, in quo apparuit distincta terra propter infixionem, quam habent in terra.

**Spine, & iuri
buli quādo,
& cur facti.** Ad secundum dicendum quod spines, & tribuli possunt dici facti à principio; quando fuerunt facta alia, quæ germinātur à terra; per peccatum tamen fuerunt facta ad onus, & ad laborem hominis; vt extirpando eos, in sudore vultus sui vesceretur pane suo. Sed quæres quid fuisse ante peccatum de spinis, & de tribulis. Ad quod potest

Dubitatio. duplicitet responderi: Vno modo ex parte diuina prouidētiæ. Alio modo ex parte productionis terre. Ex parte quidem diuinæ prouidentia responderi potest, quod sicut fuisse de corpore hominis; ita fuisse de eius opere, vt sicut diuina prouidentia conservasset corpus hominis a violētis superuenientibus, vt à leonibus, & ab alijs, quæ posse nocere homini: sic conseruasset opus hominis à superuenientibus impedimentis: vt à tribulis, & spinis: & ab alijs herbis impedientibus eius opus. Nā p. tribulos, & spinas possumus intelligere non solum id, quod significant; sed possumus intelligere omnes herbas, quæ nobis in iugis nascuntur in terra, quam operamur, & impediunt opus nostrum. Possumus autem ad hoc respondere ex parte maledictionis terræ; quia terra ante peccatum fuisse magis prompta ad faciendum res proficias. post peccatum vero fuit magis prompta ad faciendum res nocivias, vt intātum post peccatum fuerit terra prompta ad faciendum spinas, & alia impedientia opus nostrum, vt vix possumus talia extirpare: fuissent ergo ista ante peccatum; sed non fuissent instantum nocumentum hominis, sicut post factum: immo forte ante peccatum non fuissent ad aliquod nocumentum. Ad tertium dicēdū, quod non omnia fuerunt uno & eodem die distincta, & ornata: prout distinctio & ornatus referuntur ad fieri: quia distinctio habuit suum fieri in tribus diebus: & ornatus in tribus aliis: sed prout referuntur ad factum esse, & ad completem esse; oportet dare aliquem vnum diem in quo omnia hæc fuerūt perfecta & completa: & de tali die videtur loqui Scriptura, cum dicit;

Quæst. III.

A Perfecti sunt cœli & terra, & omnis ornatus eorum, quod patet per hoc quod subditur, quod compleuit Deus die 7. opus suum. Quod vero additur postea: Istæ generationes cœli, & terræ; quando creare sunt in die, quo fecit Deus cœlum, & terram, intelligendum est in die, quo fecit complete, id est in die, quo complete distinxit & ornauit cœlum, & terram, & elemēta. De eo vero quod additur, quod fecit omne virgulatum antequam orietur in terra, patet solutio per ea, quæ diximus in solutione principali.

Ad id autem, quod dicebatur de mineralibus: Dicendum, quod cum ista sint occulta in terra, non oportebat populo rudi de eis facere mentionem: vel possumus dicere, quod mineralia cum sint inanimata, quantum ad usum nostrum possunt habere aliquam nobilitatem: sed secundum naturam sunt ignobilia plantis: cum animata secundum naturam sint inanimatis excellentiora. cum ipsa ergo terra inanimata comprehenduntur mineralia, quæ sunt ex terra: & occultantur in terra, & sunt inanimata, sicut terra.

Q VÆSTI O III.

De opere diei quarta.



C OSTE A quæritur de tertio principali: videlicet de opere quartæ diei, quando luminaria fuerunt facta. Circa quod quæruntur quatuor. Primo de ipsa factione luminarium. Secundo de effectu eorum generaliter: utrum aliquid efficiant in ista inferiora. Tertio de effectu eorum specialiter respectu liberi arbitrii, utrum habeant causalitatem aliquam respectu eius. Quartu de animatione ipsorum, utrum luminaria cœli sint animata.

A R T I C. I.

An ad opus quartæ diei pertineat productio luminariorum.

Conclusio est affirmativa.

D Aegid. in Hexam. 2. p. cap. 31. D. Th. 1. p. q. 70 art. 2. Et 2. sent. d. 15. art. 1. Et de Pot. q. 4. art. 1. du. 30. Nic. de Nijse tract. 2. p. 2. de opere 2. diei. q. 1.



T D primum sic proceditur: Videatur, quod inconuenienter describatur ornatus cœlorum per factiōnem luminarium. nam secundum Phylosophum. in 2. de cœlo, & mundo: Stella non mouetur nisi motu orbis. Est enim stella secundum ipsum ibidem pars orbis immobilis: sed vt

vt supra dicebatur, produ^ctio Planetarum pertinet ad opus distinctionis, quia immobiliter sunt affixa terræ: Pari ergo ratione productio Stellarum pertinet ad opus distinctionis, cum sint fixæ in orbe, & sint ipsius orbis pars immobilis, ergo &c.

Præterea, videtur, quod in prima productione rerum fuerit ordo retrogradus, quia primo fuerunt productæ plantæ, quod fuit factum tertia die, quæ sunt immobiliter affixa terræ: & postea quarta die fuerunt factæ stellæ, quæ sunt immobiliter affixa orbi.

Luna, &
Stellæ an
sunt lumina
tia.

Præterea inconvenienter, vt videtur, Luna, & Stellæ dicuntur luminaria. Nam luminare videtur quoddam vas luminis, & quoddam, quod de se emitit lumen, sed Luna, & Stellæ de se non emittunt lumen, cum omnes recipient lumen à Sole, ergo &c.

Præterea & multæ Stellæ sunt maiores Luna, quia, vt probant Astronomi, omnis Stella, quæ est in octava sphæra visu notabilis, est maior tota terra. sed Luna est minor terra, cum claudatur in umbra terræ, quæ umbra semper attenuatur, & tendit in nihil. propter quod quicquid clauditur ibi est minus terra: Luna ergo non debet dici luminare magnum.

Præterea luminare dicit præesse illi tempori, quando apparet, sed Luna apparet in die, videtur ergo, quod præsit diei.

I N C O N T R A R I V M est littera Gene. vbi habetur, quod luminaria cœli, & Stellæ fuerunt facta quarta die, & quod Luna est lumina- te magnum, & quod præsit nocti.

R E S O L V T I O .

Stellæ, Sol, & Luna facta sunt primo q̄e in quadam densitate, sed non lucebant, sicut modo.

R E S P O N D E O dicendum, quod in sex diebus fuerunt facta omnia, qui sex dies diuiduntur in duos ternarios, quorum unus potest dici ternarius distinctionis, vel potest dici ternarius perfectionis, quia in illo ternario fuerunt tres distinctæ, vel fuerunt tres perfectæ. Idem est enim, rem esse distinctam, & rem esse perfectam secundum suum modum. Est enim idem unus quod aliud: sed alia, & alia ratione sumptum. Dicitur enim res perfecta, vt habet esse, & vt est ens, sed dicitur distincta, vt habet unitatem, & vt est una, & quia unum, & ens conuertuntur, vt potest haberi ex s. Metaph. ideo opus distinctionis, & opus perfectionis possum pro uno, & eodem sumi, aliter, & aliter accepto. Alius vero ternarius appositus fuit ad ornandum res: ita, q̄ quarta die fuerunt ornati cœli: quinta aer, & aqua: sexta, terra.

Quod autem primus ternarius debeat adaptari ad opus distinctionis, patet, quia in quolibet illorum trium dierum fit mentio de divisione, vel de distinctione, quia prima die quando fuit facta lux, fuit diuisa lux à tenebris. Secunda die, quando factum fuit firmamentum, fue-

A runt diuisæ aquæ ab aquis: tertiæ die quando aquæ fuerunt congregatae in locum unum, fuit diuisa aqua ab alijs elementis. hoc enim est congregare aquas in locum unum, habere locum per se, & non esse admixtas alijs elementis. potest ergo primus ternarius directè adaptari ad opera distinctionis, vel potest adaptari ad opera perfectionis. Secundus vero ternarius adaptari potest ad opera ornatus. Nam cum opera diuina littera Gene. narrasset diuisa per sex membra, iuxta opera sex dierum: postea illa lex reduxit ad duo, hoc ergo est, quod habet in Gene. 2. cap. perfecti sunt cœli, & terra, id est cœli, & omnia elementa, & omnis ornatus eorum. ergo ad distinctionem, vel ad perfectionem, & ornatum reducenda sunt opera sex dierum quare si perfec^catio, & ornatus ex æquo diuidunt senarium, oportet, quod quodlibet eorum contineat unum ternarium.

His itaque excursis, dicamus primò videndū esse, quomodo differat opus distinctionis ab opere ornatus. Dixerūt ergo aliqui, quod cum omnia, videlicet cœli, & elementa facta essent secundum formas substantiales, distinctione eorum, & ornatus ipsorum non fuit nisi quantum ad collationes virtutum. Aliquæ enim virtutes sunt collatae cœlis, & elementis in illis sex diebus, quas videmus esse duplices: quædam enim sunt generales non servientes ad determinatam speciem, sicut sunt virtutes elementales: quædam speciales deseruientes ad determinatas species. distinguuntur ergo secundum istos opera distinctionis ab operibus ornatus, quia in operibus distinctionis fuerunt collatae virtutes rebus, quasi generales: vt Prima die quando fuit facta lux, fuit collata cœlis quædam virtus generalis, vt per lucem insuerent, & haberent quandam effectum in res alias generalem, nō determinatum ad hanc speciem, vel ad illam. Secunda vero die, quando fuit factum firmamentum, quod incœpit moueri contra motum primi mobilis, fuit quædam alia virtus generalis collata cœlis: vt non solum per lucem, sed etiam per contrarietatem motuum haberent quandam effectum generali in alia non determinatum ad hanc speciem, vel ad illam. Tertia vero die, quando fuerunt distincta elementa, fuerunt eis collatae virtutes quædam generales non deseruientes determinatæ hanc speciem, vel ad illam. Nam qualitates elementorum sunt quædam virtutes generales, per quas agunt elementa; nō tamen sunt determinatæ ad hanc speciem, vel ad illam.

D **S**ed in operibus ornatus fuerunt collatae rebus virtutes speciales ad determinatas species. ista enim inferiora in virisque iuvantur per superiora. Et omnes virtutes hic inferius reducuntur in aliquas virtutes cœlestes, sicut ergo in rebus istis inferioribus videmus aliquas virtutes generales, cuiusmodi sunt virtutes elementales, nō deseruientes ad aliquas determinatas species: & videmus aliquas virtutes determinatas, & speciales determinatæ deseruientes ad hanc

Opinio alio
tum.

Virtutes ge
nerales, &
speciales.

Aegid. super ij. Sent. Hhh 2 spe.

distinc^{tio},
& perfec^clio
quid diffe-
rant.

T. c. 10.

specie, vel ad illā: cuiusmodi sunt virtutes, quæ sunt in seminibus, tam in animalibus, quām in his, quæ oriuntur ex terra, ut semen equi determinate deseruit ad speciem equi: & semen Leonis ad speciem Leonis. sic etiā in his, quæ oriuntur ex terra, q̄ seminaeūt homo, hæc & metet.

Sic ergo in istis inferioribus est dare duo genera virtutum, cum nihil fiat hic inferius, quod non reducatur in virtutes cælestes; oportet, p̄ sic & in cælestibus sit dare hæc duo genera virtutum, quia aliquæ sunt ibi virtutes speciales deseruientes ad determinatas species, & istæ sunt in Sole, in Luna, & Stellis, quæ secundum alium, & alium aspectum deseruient ad alias, & alias species retum, aliquæ vero generales non determinatae deseruientes ad hanc speciem, vel ad illam, ut in eodem Sole, qui communiter omnibus deseruit ad lucem. Sed ex hac positione videtur, quod quarta die non fuerint facta luminaria, sed luminaribus iam præexistentibus sicut collata virtus, per quam habent efficaciam, & per eam producantur determinatae species rerum. Propter quod sic dicentes ad argumentum illud: Fiant luminaria in firmamento cœli, dicunt, quod non intelligitur, quod non fuerint facta secundum esse suum specificum, sed eorum substantia prius existente, tunc primo determinatae virtutes sunt eis collatae.

Sed hoc stare non potest, quia secundū Magistrum illæ tres noctes fuerunt sine omni luce. Postea quarta nox, factis luminaribus, fuit luce decorata. Concedimus enim cœlos, & clementia a principio fuisse facta. secundum suas substantiales formas. sed a principio ante omnem diem non fuit facta lux, sed tenebrae erant super faciem abyssi, quia maior est huiusmodi scripturae auctoritas, quām totius humani ingenij perspicacitas. Sic etiam ante quartam diem non lucebant luminaria cœli, sed quarta die incæperunt lucere. Facti ergo erant cœli secundum substantiales formas, quia eiusdem naturæ, & eiusdem substantiae erant Stellæ cum suis orbibus, quia cum sint naturaliter fixæ in suis orbibus, sunt eiusdem naturæ cum orbibus. Philosophus enim in de cœlo, & mundo, licet istud verbum proposuerit generaliter, quod naturaliter est fixum in aliquo, est eiusdem naturæ cum eo, in quo est fixum, specialiter tamen dixit hoc propter ipsas Stellas. Stella ergo non differt ab orbe, in quo est fixa secundum substantiale formam, vel secundū substantiam, sed differt ab eo, q̄a est dærior, & spissior pars suiorbis.

Duobus itaque modis possunt intelligi facta luminaria cœli. Nam vbi debebant esse Stellæ, erant orbis spissiores, quām vbi non debabant esse, sed forte non erat tanta ibi spissitudo, quod posseint lucere, sicut apparet in Luna, qui pars illa Lunæ, vbi est macula, non lucet. Aliæ autem partes lucent. Quod secundum Commen. leo contingit, quia Luna in illa parte non est ita lesa, nec ita spissa, sicut in alijs partibus. Illa ergo pars Lunæ, quæ non lucet, densior est suo orbe,

A sed non est ita densa, sicut suat aliae partes, quæ lucent, talem ergo densitatem poterunt habere Stellæ a principio, sicut est macula Lunæ, quæ non lucet, sed quando dixit Deus: Fiant luminaria in firmamento cœli, tunc ad verbum diuinum fuerunt magis condensatae, & incæperunt lucere. secundum hoc ergo Sol fuit tripli-citer condensatus, ut Prima condensatio esset secundum condensationem illam, quam nec habet Luna nec Stellæ, quæ non lucent nisi per lumen receptum ab alio. Secundo quando dixit Deus: Fiat lux, tūc fuit magis condensata substâ-tia Solis, & incæpit lucere, sed antequām fuerit factus inde Sol, fuit ad hoc magis tertio condensata substâ-tia Solis, & incæpit fortius lucere. vnde August. inter alias causas, quas assignat de fa-cione solis, ista est vna, ut augmentaretur ful-gor diei, quod autem Sol fuerit factus de illa luce prius facta, non debemus vertere in dubium, quia hoc clare dixit Dionysi. 4. de Diui. nomi.

qui loquens de Sole ait, quod ipsum scilicet cor pus solare est id lumen, supple primo factum, quod informe erat, & quod diuinus Moyses determinauit prima omnium dierum ab ipsa Tri-nitate factum. Illa ergo lux, quæ fecit illos tres dies, fuit lux, de qua factus est Sol, quæ lux erat informis, idest non erat ita splendida, sicut fuit postea, facto inde Sole, habuit ergo Sol tres den-sitates: Vnam a principio, secundum quam non lucebat. Secundam, quando fuit facta lux. Tertiā densitatem accepit, quando fuit facta inde Sol. Alie vero Stellæ, & Luna forte habuerunt duas densitates. Vnam a principio, quæ fuit macula Luna, quæ non illuminata a Sole non splendet. Aliam quidem densitatem accepit quarta die, quando fuerunt facta luminaria in firmamento cœli, ergo per maiorem densitatem in Sole, quām in Luna, & in alijs Stellis, dicimus esse facta luminaria cœli. Et hic est unus modus dicendi, qui potest ponи in materia ista.

Possumus autem & alium modum adducere magis probabilem, & magis rationabilem, qui est, saluato textu Scripturæ factæ, cuius auctoritatem sufficienter non possumus exprimere, quāmuis omnes varietates factæ in cælestibus fuerint tantum secundum rationes obe-dientiales, prout materia obedit Deo Factori suo: sed non secundum rationes feminales, prout materia obedit agentibus naturalibus, tamen quanto pauciores tales varietates possumus ibi ponere, tanto magis videatur ad veritatem accedere. Possumus ergo Scripturam sacram saluare hoc modo: Dicendo, quod a Principio ante omnem diem in illo instanti, quando Deus fecit cœlum, & terram, factæ fuerunt Stellæ, & Luna in illa densitate, in qua sunt modo. sed non lucebant, quia nec modo lucent, nisi prout recipiunt lumen à Sole. Sol etiam fuit factus in tanta densitate, in quanta sunt modo. Luna, & Stellæ, sed non lucebat, nisi per lumen

Solis triplex condensatio. Idem infra. 15. in dub. 2. libro 1. capitulo.

Sol quodammodo cur fuit.

Rationes obedientiales & genitiales quomodo dif-ferent.

Stella est eiusdem na-turæ cū suo orbe lib. 2. cœli t. c. 41. a. cœli t. c. 2.

Idem supra d. 2. q. 2. ar. ti. 2.

Luna macula vnde. Ide supra d. 2. q. 2. art. 2. in Ref. dub. 2.

lumen receptum ab alio : & quando dixit Deus : Fiat lux. Substantia Solis fuit tunc magis condensata, & incœpit lucere, & emittere radios, & fecit illos tres primos dies , vt patet per Dionysium: sed illi radij non erant tantæ efficacitæ, qd Luna, & Stelle possent lucere per eos: sed quæta die est data tanta densitas illi materiaæ, ex qua constabat Sol, quod intantum fuit augmentatus splendor Solis, quod huiusmodi splendor pertingens ad Lunam , & Stellas fecit ea splendere, & lucere. Ergo quarta die fuerunt facta luminaria cœli, Sol, & Luna, & Stelle, quia lumen Solis fuit augmentatum, ex qua augmentatione lumen Solis sic augmentatum pertingens ad Lunam , & Stellas, fecit eas lucere, & splendere, quæ prius non lucebant, nec splendebant.

Dubitatio.

Sed quereret aliquis: Vtrum aliquo modo possent saluari verba Docetrum dicentium , qd luminaria facta erant prius secundum suæ substantiales formas, sed quarta die fuerunt eis collatae virtutes ad causandū determinatas species serum. Sciendum ergo, quod proprie loquendo tunc fuerunt facta luminaria, quando incœperunt lucere . cum ergo narravimus duplicē modum, secundum quem possunt dici facta luminaria, vnum per condensationem omnium, quia nec Luna, nec Stelle habebant tantam condensationem, quantam nunc habent, alium autem modum ex sola condensatione Solis, a quo Luna, & Stelle lumen recipiunt: cum quarta die hoc fuerit factum, tunc possunt dici facta luminaria.

Solutio.

De virtutibus autem specialiter collatis eis: satis possunt saluari eorum dicta ex ratione motuum , & ex ratione luminum . quia satis potest probabiliter dici. Quod quarta die incœperunt moueri deferentes Planetarum, & eorum epicicli, & tunc planetæ incœperunt habere suos proprios motus, per quos habuerunt alium , & alium aspectum ad hæc inferiora, secundū quos alios, & alios aspectus incœperunt habere efficaciam quandam specialem ad alias, & alias species producendas .

R E S P. A D A R G. Ad primum dicendum, quod Stella est pars orbis immobilis, non tamen est eo modo immobilis, sicut plætæ. quia plantæ sic sunt immobiles, & affixa terræ, quod nec mouentur motu suo, nec motu terræ, nisi forte per vapores siccros cōcutientes terram per quandam violentiam facerent terremotum, qui non est nec semper, nec vniuersaliter, sed est ad tempus in aliqua modica parte terræ. sed Planæ, & si non mouentur per se, mouentur tamen motu sphæræ, in qua fixi sunt. & Stelle mouentur motu firmamenti, in quo sunt fixæ, sed hoc est semper, & continuè planetis. etiam non solum damus motum sphætarum suarū, sed motum deferentium, & epiciclorum, vt ex hoc non sit simile de plantis, & Stellis. Possimus autem, & aliter soluere, quia terra non solum est ornata plantis, quæ sunt intensibiles, & immobiliter affixa terræ, sed etiam ornata animalibus, & ho-

A minibus, quorum plantæ, & ea quæ producit terra, sunt cibus, & alimentum, iuxta illud Gene. 1. Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen, & vniuersa ligna, vt sint vobis in escam, & cunctis animalibus. cum ergo, quia animalia sunt nobiliss ornamentum, tum etiam quia germinata in terra sunt propter cibum animalium ; dicuntur animalia ornatum terræ, & non plantæ, sed cœlum non habet aliud ornamentum nisi luminaria, ideo dicta sunt ornamentum cœli.

Gen. 1.

Ad secundum dicendum, quod cum plantæ non dicantur ornamentum terræ, non fuit ibi ordo retrogradus, nec quantum ad distinctionem; nec quantum ad ornamentum, cum prius fuerint distincti cœli, quam elementa, & prius fuerint ornati, quam elementa.

B Ad tertium dicendum, quod luminare potest dici vas luminis, quia illuminat ista inferiora, vt patet in Luna, & Stellis. Ad formam autem arguendi, quod luminare est vas luminis, vel habet lumen a se; Dici potest, qd a se habent aliquid, vnde luceant: sed illud, quod habent a se, non potest exire in actum, nisi per lumen Solis: sicut & colores per se sunt visibiles, non tamen mouent visum, nisi secundum actum lucidi. Et vt demus sensibile exemplū: Luna non lucet in parte illa, vbi habet maculam, lucet tamen in alijs suis partibus. nisi ergo Luna haberet aliquid a se, non luceret per hoc, quod respiceretur a Sole. Sic nec macula eius lucet quantūcumque respiciatur à Sole.

Luminaria
vnde dista.

C Ad quartum dicendum, quod luminaria magna dicuntur ex eo, quod apparet nobis magna, vel ex eo, quod visus noster iudicat ea esse magna. Quantūcumque ergo aliquæ Stellæ secundum se sint maiores Luna, visus tamen noster nullas iudicat maiores ea.

Luminare
maius sur
Luna.

Ad quintum dicendum, qd Luna quantūcumque videatur in die, tamē non lucet propter præsentiā Solis, nec præstet dici tanquam luminare.

ARTIC. II.

*An Luminaria cœli influant in
hæc inferiora.*

Conclusio est affirmativa.

D Tho. 1.p. q. 115.art. 3. Et 2. sentent. d. 15.art. 2. D. Bona. d. 14.p. 2.art. 3.q. 2 & 3. Ric. d. 14.q. 17. Biel d. 14. q. 1. Sco. d. 14.q. 3. Th. Arg d. 14.q. 1.art 4. Dur. d. 14.q. 1. p. 2. Capr. d. 14.q. 1. Bacc. d. 15.q. 1. loā. Gand. 8. Phys. q. 6.



E C V N D O queritur de luminariis cœli quantum ad effectum eorū generaliter: Vtrū habeant aliquem effectū in ista inferiora. Et videtur, qd non. qd dixit Deus: Fiant luminaria in firmamento cœli, & sint in signa, & tempora &c. Aegid. super ij. Sentent. H h 3 Præ-